



CODEX DIPLOMATICUS
HISTORIÆ
ZARINGO-BADENSIS.

N. I.

DAGOBERTI REGIS DIPLOMA DE THERMIS BADENSIBUS,
QUAS ABBATIÆ WEISSENBURGENSI DONAT.

A N N O D C L X X V I

Ex Chartulario veteri Ecclesiæ Weissenburg.



Dagobertus Rex Francorum Viris Illustribus, Ducibus, Co-
mitibus, Domesticis, & omnibus gentibus, tam præ-
sentibus quam futuris. Illud ad stabilitatem regni vel
remedium anime nostre perdurare credimus, si peti-

A

tionibus sacerdotum, in quo auribus nostris patefecerint, ad effetum perducimus. Ideo cognoscat magnitudo seu utilitas vestra, quia nos ad suggestionem viri venerabilis Ratfridi, Abbatis de Monasterio Wizinburgo, *Balneas* illas trans Rhenum in pago *Auciacense* sitas, (quas Antonius & Adrianus quondam Imperatores suo opere edificaverunt) ad Monasterium, quod dicitur Wiffenburg, & est construtum in honore S. Petri in pago Spirense, visi fuimus concessisse, cum omnibus, & cum ipsa marcha ad ipsas *Balneas* pertinente, que veniet de ambabus lateribus usque in flumen Murga, & de uno fronte ad partem Occidentalem Rasta una, & de alio fronte ad partem Orientalem Ieūiūias sex, quot homines loci istius siti dicunt rastas tres. Propterea hoc preceptum cessionis fieri jussimus, ut ab hac die memoratus Ratfridus Abbas, vel Patres ipsius Monasterii Wiffemburgensis, suique successores vel Monachi ibidem commanentes, de supra scriptis *Balneis*, que dicuntur aquas calidas, vel Marcha ad ipsas *Balneas* pertinente, faciant, quod ipsi maluerint, hoc est, habendi, tenendi, suisque successoribus relinquendi firmissimam in omnibus habeant potestatem. Et ut hec presentis autoritas firmior sit; manu nostra, vel annulo nostro subter eam decrevimus roborari. In Cristi nomine Dagobertus Rex. Data sub die Kal. Augsti, anno secundo regni nostri.

Nota. *Coccius* in *Dagoberto* pag. 175. Chartam hinc inde mutatam exhibet, atque ex eo *Bouquetus* in *Scriptoribus Rer. Franc.* Tom. IV. p. 654. Coccii tempore ignotus fuit Dagobertus II. unde eam Dagoberto primo male adscripsit. *Observationes ad Praeceptum hoc Alsatia Diplomatica* dabit.

IV.

OTTONIS III. IMP. DIPLOMA DONATIONIS ET BIRCH-
TILONIS COMITIS CHARTA FUNDATIONIS MONASTERII
S. CYRIACI IN SULZBERG.

A N N O D C C C C X C I I L

Ex Tabulario Bada-Durlacensi.

In nomine Ste & indiuidue Trinitatis, OTTO diuina fauente clementia Rex, Omnibus fidelibus nostris presentibus scilicet atque futuris, Notum esse uolumus, qualiter nos ob petitionem fidelis nostri BIRCHTILONIS comitis ad ecclesiam sancti Cyriaci martyris in villa Sulzberg uocata in honorem illius constructam & consecratam de nostra proprietate dedimus quicquid habuimus in villa Sulzberch dicta ad nostrum ius pertinens in pago Brischouwe nuncupato & in comitatu superius iam scripti birchtilonis comitis situm, atque eandem proprietatem cum omnibus utensilibus illuc rite pertinentibus, in mancipis utriusque sexus, areis, ædificiis, terris cultis & incultis, agris, pratis, campis, pascuis, uineis, filuis, uenationibus, aquis aquarumue decursibus, piscationibus, molendinis, viis & inuiis exitibus & Reditibus quesitis & inquirendis cunctisque aliis appendiciis quæ adhuc dici possunt, à nostro iure in ecclesiæ ius perpetualitur habendam ibi transfudimus. Et ut hec nostre auctoritatis donatio presenti ac futuro tempore firma permaneat, hanc

A 3

perceptionem inde conscriptam sigilli nostri in pressione insigniri iussimus,
manuque propria ut infra uidetur corroboravimus. Notum sit presenti-
bus scilicet ac futuris, qualiter ego **BIRCHTILO** pro Remedio anime
mee monasterium in honore Sci Cyriaci martyris in loco qui dicitur *sul-*
ziberc construxi, Ubi requiescere usque in diem iudicii cupio, ac pre-
diuum quod hereditario iure visus sum habere in *Wilre*, in *Rinka*, in *Ri-*
nisingen, in *Rutthin*, in *Verflat*, in *Buegingen* ad prefatum locum tradi-
di perpetualiter in vietualia congregationis possidendum. Eo scilicet te-
nore, ut si qua iniusta potestas aliquid de prefato Monasterio diripere,
seu aliquid inde prestare conatur, Coheredes quod remaneat in suam
redigant potestatem

Signum Domini Ottonis (locus monogrammatis) gloriosissimi Regis
Hildebalodus Episcopus & Cancellarius vice Willigisi Archiepiscopi Re-
cognovi: Data x Kal. Julii Anno Dominice Incarnationis d. cccc.xciii.
Indict. vi. Anno autem tertii Ottonis regnantis decimo, Actum Altstedi
feliciter amen.

Nota. Instrumentum hoc in duas partes scissum sine notis chronologicis edi-
dit H E R R G O T T. *Genealog. Habsburg. Cod. Dipl.* num. 154. sq.

V.

OTTONIS III. IMP. PRIVILEGIUM MONASTERIO
WALDKIRCH DATUM.

ANNO. D C C C C X C I V.

Ex autographo Waldkircherfi. (a)

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. OTTO Divina favente clementia Rex. Si ecclesias Dei nostra regalis persona, potestate à Rege Regum nobis mortalibus concessa, sublimare conamur, hoc procul dubio & ad præsentis nostri regni statum, & ad æternæ beatitudinis præmium nobis profuturum fore credimus. Quapropter omnium fidelium nostrorum, tam præsentium, quam & futurorum noverit solers industria, quomodo nos cuidam monasterio *Waldkircha* vocitato, in pago *Brisigouue* dicto, & in comitatu *BIRTHILONIS* Comitis sito, ac in honorem Sanctissimæ Dei genetricis Mariæ, Sanctæque Margarethæ Virginis constructo ac dedicato, quod per traditionem Burchardi strenuissimi Ducis Alemannorum una cum consensu & comprobatione contestalis suæ Hadewige hereditario jure in nostrum decidit jus, talem donamus atque largimur libertatem, quam Augia, Corbeja, aliaque monasteria habent nostri regni, in quibus monachi vel monachæ sub regula S. Benedicti digna Deo præbent servitia. Volumus enim, ut præstatum monasterium rerum fuarum liberam in omnibus disponendi regu-

(a) HERRGOTT. *Gensal. Habsb.* Tom. II. n. 149. vitiose passim.

lariter habeat potestatem, ut quæcunque eidem monasterio in auro, vel argento, in agris, & famulis, seu quibuslibet rebus, fuerint oblata, sive in præsenti die collata esse constant, vel data, in dispositione manent Abbatissæ, quæ eidem loco prælata est, vel in futuro prælanda erit; ut quicquid secundum Dei timorem regulariter disposuerint, ad ecclesiæ illius utilitatem, liberam in omnibus cum consensu fororum suorum spiritualium, inibi Deo servientium, faciendi habeant potestatem; monachæ vero, quæ ibi sub regula S. Benedicti die noctuque incumbunt servitio Divino, dum more mortalium Abbatissa earum hujus vitæ . . consummaverit, habeant potestatem inter se eligendi Abbatissam, & eam videlicet personam, quæ præpositum conversionis & moribus & habitu profiteatur. Insuper volumus, & omnino perdonamus, ut nullus Dux, Comes, Vice-Comes, aut aliqua judiciaria persona, potestatem habeat in præfato monasterio, vel in locis ad illud monasterium pertinentibus pernoctandi, vel placitum tenendi, aut paratam exigendi, seu aliquod servile onus eis earumque familiis imponendi, nisi forte necessitatis causa, aut dilectionis gratia vocati ab Abbatissa adveniant, vel importunitate sui suorumve facro loco aliqua inferatur molestia. Advocatus enim nullus ibi constituatur, nisi quem ipsius monasterii Abbatissa cum consilio totius congregationis sibi aptum & utilem elegerit. Et si inscie & non satis caute sibi advocatum non bonum acquisierint, re cognita, eo abjecto, potestatem habeat in alterum illis utiliore transire. Et ut hæc nostra Regiæ auctoritatis concessio nunc & in futuro firma & inconvulsa permaneat, hoc nostræ donationis privilegium cum consilio principum nostrorum auctoritative inde conscriptum

sigilli

II.

EXCERPTA EX CHARTA CHRODARTI COMITIS DE
BONIS IN PAGO BRISAGAVIENSI A SE VENDITIS.

A N N O D C C L X I V.

Ex Tabular. San Dionys.

Fratri Folrado Abbe emptore Ego Chrodardus Comis vindetur.
Quæ contra actus sola - - - porcione & rei ipsius tradicio-
ne consistat ac tabularum aliorumque documentorum ad hoc tantum
interponatur instructio, ut fidei rei factae & juris ratio comprobatur. --
Idcirco videtur, vindedisse me tibi constat, & ite vindedi in ducato
Alamannorum in pago Brisagaviensis, quem dato precio comparavi, aut
colibet modo adtraxi & promptissima voluntate vobis firmamus, hoc est
in fine vel in marcas Binubhaime sibi Romaninchova, (a) & in alia loca in
Tontarinchova, (b) in Gotones-vilare (c) in Vvalahpach, (d) in Haottin-
gas, (e) & Agimotinges, (f) in Binushaim, (g) in Eppalinchova (h) &c.
Actum in villa quæ dicitur Mareleja (i) puplici. Dato 16. Kal. Aug. an-
no XIII. regni Domini glorioissimo Pippino regis - - - - -

(a) Rümigen. (b) Thumringen. (c) Kutz, olim ein Weiler, hodie
der Kutzer Bann cum mola, feudum est, quod Nobiles de Baden a Se-
renissima Domo Badensi acceptum possident.

(d) Wollbach. (e) Hauingen. (f) Aimeldingen. (g) Binzen.
(h) Oetlingen. (i) Marcell.

Nota. Chartam hanc dedit MABILLON de Re Diplom. Lib. VI. num. 45. FELI-
BIEV Hist. de S. Denys. Preuves p. 29. De Folrado vide ALSAT.
ILLUSTR. Tom. I. p. 722.

I I I.

EXCERPTA EX LUDOVICI, GERMANIAE REGIS, DIPLOMATE, QUO DONATIO DAGOBERTINA, MONASTERIO WEISSENBURG. FACTA, RENOVATUR.

A N N O D C C C L X X I I I .

Ex Schannati Vindem. Liter. Collect. I. p. 6.

In Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Ludovicus Divina favente gratia Rex &c. Venerabilis Abbas, Fidelis noster Grimoldus veniens in Præsentiam nostram protulit nobis quandam Traditionem factam ab Antecessore nostro Dagoberto, pro calidis aquis, quæ dicuntur *Balnei* in pago, nuncupato *Usgavve*, quos prædictus Antecessor cum omnibus appenditiis ad ipsum locum jure & legitimè pertinentibus ad Monasterium Weissenburg, quod est constructum in honorem sancti Petri contradidit præsidente Rodfrodo ejusdem loci Abbe quæ postea in Beneficium quorundam Vafallorum nostrorum versa est, & per multa annorum curricula ita in beneficiis stetit, rogavit itaque præfatus fidelis noster ut ob memoriam Antecessorum nostrorum ac mercedis nostræ augmentum præfatam Traditionem redintegraremus, ac per præceptum nostrum ad præfatum locum confirmaremus quod cum omni benignitate officium pro DEI amore ac pastoris Ecclesiæ videlicet sancti Petri Principis Apostolorum fieri decrevimus &c. Data XV. Kal. Junii Anno Regni Domini Hludouici Regis XXIII. Actum Franconofurt Palatio Regio feliciter Amen.

sigilli nostri impressione signare jussimus, manuque propria, ut infra videtur, corroboravimus.

Signum Domini Ottonis (locus monogrammatis) gloriosiss. Regis.

Hilibaldus Episcopus & Cancellarius jure Wiligifi Archiepiscopi recognovi. Datum xi. Kal. Jan. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCIII. Indictione VII. Anno Tertio Ottonis regnantis XII. actum Sasbach (a) feliciter. Amen.



V I.

OTTO III. IMP. MONASTERIO WALDKIRCH DONAT
MANSOS V. IN SCAFHUSON, VILLA BRISGOVIÆ.

A N N O D C C C C C X C V.

Ex Autographo Collegiatae Waldkirch.

In Nomine Sanctæ & Individuae Trinitatis OTTO diuina fauente Clementia Rex. Omnibus fidelibus nostris præsentibus scilicet atque futuris notum esse uolumus quemadmodum Nos ob petitionem & interuentum dilectæ Sororis nostræ Sophiæ Sanctæ monialis dedimus quinque

(a) Sasbach vicus ad Rhenum in Brisgovia, infra Brifacum.

Cod. Dipl.

B

mansos cum area una in dominicatu in villa *Scafhuson* dicta. in pago *Brisiggonne* dicto. & in comitatu *BIRTHILONIS* Comitis fitos. ad monasterium *uualdkircha* dictum, in honorem Sanctissimæ dei genitricis Mariæ nec non & Sanctæ margaretæ uirg. Constructum scilicet in usum puerorum sub regula Sci Benedicti inibi domino seruientium. Insuper eis dedimus etiam Lucum unum quem uulgares *hard* nominant inter uillam *uilla* & *Scafhuson* situm. qua maximam jnde habuerunt penuriam. atq. iam dictos eosdem mansos & Lucum prænominatum cum omnibus utensilibus suis. hoc est areis. aedificiis. mancipiis utriusq. Sexus. terris. cultis & incultis. agris. pratis. campis. pascuis. filuis. vineis. uinetis. aquis aquarumue decursibus. punctionibus. molendinis. quesitis & inquirendis. cunctisq. aliis appendiciis quae adhuc dici aut nominari possunt eidem iam dicto monasterio *uualdkircha* in proprium tradidimus. atq. ex integro de nostro iure in prædictaruim monacharum transfudimus jus. Et ut hæc nostra regia traditio dehinc firma consistat. hoc præceptum inde conscriptum. Sigilli nostri impressione signare jussimus. manuq. propria ut infra uidetur corroborauimus.

Signum Domini Ottonis (locus monogrammatis) glorioissimi regis;
Hildibaldus eps. & Cancellarius uice uiligrifi archiepiscopi recognoui;
data **1111** Kl. ian. anno dom. incarnat. **ccccxcv.** jndict. **viii.**
Anno autem tertii ottonis regnantis xij. Actum *erefttnn.* fel. Amen.

VII.

OTTONIS III. IMP. DIPLOMA, PER QUOD LOCO
VILLINGEN JUS PUBLICI MERCATUS, MONETÆ AC
TELONII CONCEDIT.

A N N O D C C C C X C I X.

Ex Archivo Fürstenberg.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. OTTO superna functus Clementia Romanorum Imperator Augustus indignus. Si fidelium nostrorum petitionibus assensum præbuerimus, nobis inde illos fideliores esse credimus procul dubio, quâ de causâ universæ ætati scilicet præsentis sæculi & futuri ævi notum esse volumus, quoniam nos Duce Egregio Hermaano rogante (a) B. Comiti nostro donavimus, largiti sumus & concessimus Jus fas & potestatem, in quodam suo loco Villingen dicto publicum faciendi & construendi mercatum, cum moneta, Teleno, ac totius publicæ rei banno. In Comitatu quoque Hara, quem Hildebald Comes tenere & potenter videtur placitare, atque idem nostræ Concessionis auctoritativæ mercatum fore legitimum cum omni publica functione, Imperiali decrevimus præceptione omnium hominum postposita Contradicione, tali videlicet Juris Dispositione, ut cuncti,

(a) Intelligitur Hermannus II. Sueviæ & Alsatiae Dux, de quo *Alsatia Illustr.*

Tom. II. pag. 543.

qui illum jam dictum mercatum visitare Cupiant, securé & cum totius tranquillitatis pace eant, redeant, & sine iniusto quolibet Damno negotium suum excolant, scilicet Comparando, emendo, vendendo & quidquid huius artis nominari potest faciendo. Et si hoc quod patet prædicti mercati firmamentum quisquam mortalium violare, Irritare, seu Infringere præsumperit, se sciatur Compositurum talem nostræ reipublicæ bannum, qualem ille Componeret debitor, qui illum mercatum *Constantiæ* aut illum *Thuregi* aliqua temeritate frangeret sive Contaminaret. persolvat quoque hunc ipsum bannum Imperiale prædicto *B. Comiti*, aut cui dare voluerit, habeatque idem modo dictus Comes licentiam tenendi, Commutandi, Donandi, & quidquid sibi placuerit de prænominato mercato disponendi.

Et ut ista Concessio nostræ auctoritatis permaneat indissolubilis & perseverans hanc paginam, ut videtur subtus manu propria Corroboravimus. Sigillo nostro plumbeo sigillare præcepimus. Datum 4to Kalend. aprilis anno Dominicæ Incarnationis D° C° C° C° C° XC° VIII Indict. 12. anno tertij Ottonis regnantis 12. (b) Impery 3. aëtum Romæ.

Signum Domini Ottonis (locus monogrammatis) Imperatoris Invictissimi.

(b) Latet hic vitium. Annus Regni XV. conspirat cum anno Imperii III.

VIII.

DIPLOMA HENRICI II. IMP. QUO ECCLESIAE BASIL.
BANNUM FERARUM IN BRISGOVIÆ TRACTU
CONCEDIT.

A N N O M V I I I .

Ex authentico Tabularii Episc. Basil.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia Rex. Si Ecclesiæ Dei alicujus doni incremento meliore studuerimus, nobis id profuturum esse minimè dubitamus. Quapropter omnium fidelium nostrorum, præsentium scil. & futurorum, noverit univeritas, qualiter nos interventu atque petitione Adalberonis Basil. Episcopi, sibi suæque Ecclesiæ in honore S. Mariæ constructæ ac ædificatæ, bannum nostrum bestiarum super illas sylvas his terminis ac finibus succinctas, a villa *Togingun* (a) usque ad villam *Oshusen* & ad *Adelenhusun* (b) & inde *Worin*; (c) inde vero usque ad *Harderen*, & inde ad *Zaringen*, & inde ad *Werstetten*, (d) & de illo loco ad *Thier-*

(a) Hod. Thiengen.

(b) Olim villa, nunc in urbe Friburg. Parthenium Ord. S. Dominici.

(c) Wieri viculus ad Friburgum.

(d) Hod. Vörstetten.

mondingen, (e) inde vero ad *Ruthin* (f) ac postea ad *Bezscingen*, & inde per ascensum *Treisaniæ* fluminis usque ad locum, ubi *Bamelaha* fluvius intrat in *Treisania*, & inde per ascensum *Bamelaha* usque ad præscriptam villam *Togingnun*, secundum collaudationem provincialium inibi prædia habentium per hanc nostram regalem paginam concedimus atque largimur, ac de jure nostro in ejus jus & dominium transferimus, ea videlicet ratione, ut prædictus Adalberonus Episcopus suique successores de prænominato banno & ejus utilitatibus dehinc liberam habeant potestatem quicquid eis placuerit faciendi, omnium hominum contradictione remota. Et ut hæc nostræ donationis authoritas stabilis & inconcussa omni permaneat tempore, hoc præceptum inde conscriptum manu propria roborantes sigillo nostro insigniri jussimus. Actum *Treveris* Anno Dominicæ incarnationis Mo VIIIo.

(e) Vicus destructus prope Vörstetten, ex quo adhuc curia supereft.

(f) Reuthy.

IX.

PIRTELONIS CHARTA TRADITIONIS MONASTERIO IN SULZBERG FACTÆ.

A N N O M V I I I .

Ex autographo Tabularii Episc. Basil.

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Notum fieri volumus in Deo omnibus fidelibus post futuris, qualiter ego PIRTELO nomine, omnem hereditariam partem, que me contingebat, tradidi cum manu fratris mei Gebehardi ad casam Dei, quæ est constructa in loco, qui dicitur mons Salsuginis in honore Sancti Ciriaci Martiris in pago Priescheue in comitatu ADALBERONI Comitis ad utilitatem Sanctimonialium, ibidem Deo seruientium sub regula Sancti Benedicti Abbatis perpetualiter possidendum. Et ut uerius credatur hæc traditionis carta, eorundem prediorum nomina subnotare curauimus, id est Rinchha, Pucchinga, Wilare, Rimisinga, Ruti, Ferstete, Holcishusa, cum omnibus appenditiis eorum. In præsentia uero multorum testium tradidi præfatum locum cum subnotatis prediis illuc pertinentibus ad æcclesiam Dei, quæ est constructa Basileæ in honore sanctæ Dei Genitricis Mariæ firmiter possidendum. ea scilicet ratione, ut regularis vita perenniter stabiliretur. Ut autem eadem uita firmius possit custodiri, Episcopus Basiliensis æcclesiæ Adalbero nomine cum consultu Regis Heinrichi, cæterorumque suorum Coepiscoporum nec non & suorum Canonorum, scilicet vicedomi sui Otine, atque suorum militum videlicet

Ludeuici & Managoldi, & Landperti preedium, cui nomen est *Pistofigin* (a) & *Seuelden* cum omnibus usualibus suo Episcopio segregauit ac tradidit ad altare prædicti monasterii ad utilitatem supra memoratæ congregatiōnis cum manu sui advocati sine omnium mortalium contradictione firmiter possidendum. Insuper etiam concessit illiusmodi liberum arbitriū præfatæ congregatiōni, ut si Abbatissa earum uitæ præsentis tempus permutaret, ipsius tam consilio atque auxilio quamcunque velint potestatē inter se ad procurandas animas eligendi habeant. Hæc autem traditio facta est sub testimonio testium, quorum nomina sunt hæc. Adalbero Com. Peretholt. Com. Ruodolf. Com. Managolt, Lantprecht, Reccho, Arnolt, Detterich, Bernhalt, Ebbo, Uuolfine, Managolt, Folemar, Lanho, Kerolt, Heretholt.

Signum Domini Adalberonis Episcopi. (locus sigilli) Leo Archi Capillanus Jussu Episcopi rescripsi.

Scripta v. Kal. April. indictione VIII. Anno V. Dom. jncarnat. Mill VIII. anno V. Dom. Henrici Secundi regnant. VIII. Actum Basilee feliciter. Amen.

X.

(a) Hodie Bischoffingen.

Nota. HERGOTTUS *Cod. Dipl.* num. 163. edidit, sed in chronologia aliisque locis erroneum.

X.

RUDOLFI BURGUNDIE REGIS DONATIO VICI EVO-
NANT LAUSANENSI ECCLESIAE FACTA.

A N N O M I X.

Ex Chartulario Lausan. fol. 53.

In nomine Sancte & individue Trinitatis. RUODULPHUS divina favente clementia Rex — Quaproter noverit Sancta Mater Ecclesia Catolica cum filiis suis, usuis & junctis, qualiter ob anime nostre remedium humilesque petitiones Agaltrudis Regine Conjugis nostre dilectissime, nec non & petitiones Borkardi Archi Episcopi fratris nostri cari, devotasque petitiones Episcoporum Hugonis & Anselmi Comitum, *Comitumque Ruodolfi & Bertolfi*, Interventumque Henrici Episcopi nobis per omnia fidelissimi, reddidimus Sancte Dei Genetrici Marie ad Episcopatum Laufanensem, cui ipsa preeffe videtur medietatem *Evonant* ville — Signum Domini Ruodolfi Regis Piissimi. Radulphus Cancellarius recognovi, data xv. Kalend. febr. Luna xxx. anno ab incarnatione Domini MVIII. Regnante Domino Ruodolfo Rege Anno XVII.

C

XI.

X I.

DIPLOMA HENRICI III. IMP. QUO SPIRENSI EC-
CLESIÆ PRÆDIUM IN VILLA BADEN, IN PAGO UFGOWE
ET IN COMITATU ADELBERTI COMITIS
CONFERT.

A N N O M X L V I.

Ex Archivo Capituli Eccl. Spir.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis HENRICUS Divina fa-
vente clementia Rex. Magnum quidem proemii meritum apud
conditorem omnium promereri speramus, si ecclesiæ Dei prædiis rebus-
que possessionis nostræ aliis ad divinæ laudis honorem concessio ditamus,
qua propter omnes Sanctæ Ecclesiæ Dei nostrique noverint fideles, tam
futuri quam præsentes, qualiter nos pro æterna requie animæ Patris
nostræ Conradi Imperatoris Augusti beatissimæ recordationis, & matris
nostræ Giselæ Imp. simul etiam dilectæ conjugis nostræ Cunigundis Re-
ginæ, atque pro nostra perpetua salute contextalis nostræ Agnetis scili-
cat Reginæ, Sanctæ Ecclesiæ Spirensi in honorem Sanctissimæ Virginis
Mariæ constructæ, in qua corpora Patris nostri Matrisque consepulta re-
manent, fratribusque inibi div. servitio assidue vacantibus *quoddam*
prædiuum in villa Baden in Pago Ufgowe in comitatu ADELBERTI
Comitis situm, quod saepe dictus Genitor noster acquisivit, nobisque he-
reditario jure reliquit, cum omnibus suis appenditiis, hoc est utriusque
sexus mancipiis, areis, ædificiis, agris, campis, terris cultis & incultis,

pratis, pascuis, sylvis, venationibus, mercatis, teloniis, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, molis, molendinis, quæsitis & acquirendis, & cum omni utilitate quæ ullo modo inde poterit provenire, in perpetuum tradidimus, eo nimirum tenore, ut eidem Ecclesiæ præpositus ejusque successores cum consilio & consensu fratrum de eodem prædio liberam deinceps habeant potestatem, tenendi, commutandi, præcariandi, vel quicquid sibi inde placuerit ad usum fratrum faciendi, si autem, quod absit, aliquis ejusdem Ecclesiæ ipsorum aut fibimet ipsi usurpare, vel alicui in Beneficium dare, vel quoquo modo à servitio præsumferit abalienare, bis aut ter ab herede nostro & fratribus monitus ut emendet, & si renuerit, sibique in admonitione non obedire contempserit, idem noster proximus heres dimidiā libram auri in publico pondere ad altare Sanctæ Mariæ persolvat, sibique supra dictum prædium hæreditario jure possidendum redimat, & ut hæc nostræ traditionis & constitutionis Regalis authoritas stabilis & inconvulsa omni ævo permaneat, hanc chartam inde conscriptam manu propria corroborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Dat. V. Idus Septembris anno Domini incarnationis Millesimo XLVI. Indictione decima quarta, anno autem Domini Henrici Tertii ordinatione ejus XVIII. regni vero VIII. Actum Auguſtæ in Dei nomine feliciter. Amen.

XII.

CHARTA HESSONIS DE FUNDATIONE DOMUS
ET CAPELLÆ S. NICOLAI IN EICHSTAT.

A N N O M L I I .

Ex Apographo antiquiss. Archivi Badensis, quod Basileæ est.

Notum sit omnibus tam futuris quam præsentibus qualiter ego Hesso
anno MLII ab incarnatione domini, indictione Vta, epacta, XVII,
Luna XI concurrent III, feria V, Heinrico regnante secundo, **DUC BERTOLDO, COMITE HERIMANNO**, a Rumoldo, Constantiensi
Episcopo, impetravi hanc domum in honore sanctæ Marie & sancti Petri
atque omnium sanctorum dedicari, atque honorifice cum prædio atque
familia dotavi. Postea vero defuncto fratre meo Lamberto ædificavi
capellulam in honore sancti Nicolai pro remedio animæ ejus atque a Be-
ringero Basiliensi episcopo dedicari postulavi, atque proprio servo meo
Volrado dotavi cum tali alladio, quale ipse pro beneficio habet in loco
Nuemburg, (a) cum omnibus appendiciis cum uno manso hartgeri in
marcha *Bezingen*, Eo videlicet tenore atque cum anniversarius dies ad-
venerit, per ipsum, qui eadem usurus est capellula, cum tribus aut
quatuor presbyteris celebris habeatur atque quicquid sibi auctenus per
matrem Ecclesiæ censualis usus accessit, ad ipsum altare *Eichstatis*

(a) Nimburg.

Ecclesiæ legitimo jure dedit, quatinus per hæc prædicta bona, ipsius Heffonis, anniversarius dies, cum tribus aut quatuor presbiteris amodo celebretur, uxorisque illius, Govte, similiter, Presbiterque hujus Ecclesiæ simulque capellule absque ullo servitio amodo honoretur, & fine censuali obstrictone, nisi pro animarum illarum remedio & istorum, omniumque sanctorum sedule servitutis officio permittitur, Et advocato hujus Ecclesiæ communi consilio servicium constitutum est, scilicet in novembre unum maltarium ad panem & hamam uini & porcum unius anni etatem habentis & duo maltaria auene, In maio autem duas oves fine pelle, & unum maltarium ad panem & hamam uini & nichil avenæ, quia herbe sufficiunt, Archipresbytero tantundem & ad servitium episcopi in quarto anno V solidos, Hec Karta conscripta, atque confirmata perpetualiter maneat inconvulsa, at si quislibet heredum suorum hanc confirmationem diuellere conabitur, in præsenti sit anatematizandus, & in futuro infernali igne comburendus.

Eodem pacto Herimannus miles, quale premium uifus est habere in uilla *Ebringen*, (b)legitima donatione sancto Petro, hujusque Ecclesiæ presbytero donavit, & si quis posterum aliqua deprædatione in eo quid deliquerit, stigias undas eum amplius uti optavit.

(b) Vicus prope Wolfenweiler, in Brisgovia.

X III.

DIPLOMA HENRICI IV. IMP. ECCLESIAE RUEGGIS-
PERGENSI IN HELVETIA DATUM.

A N N O M L X X V I .

Ex autographo Laufan.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis HENRICUS divina fa-
vente Clementia, Romanorum quartus Rex; Quoniam Regalem di-
gnitatem decet, justitiam, & pietatem, Necesitatibus Ecclesiarum fuc-
currere, profectibus gaudere, & utilitatibus consulere, & favere; Ob
hanc rem quæ in litteris istis agenda sequuntur, jubente matre mea
Agnete Augusta, quæ cum Apostolici Gregorii VII Legato Geroldo, Ho-
stiensi Episcopo, & Cardinalium primo, præsens aderat, & ob inter-
ventum Moguntinensis ArchiEpiscopi Sigefridi, Coloniensis Archiepi-
scopi Annonis, Trevirensis Archiepiscopi Uthonis, Methensis Episcopi
Hermannii, Wirzburgensis Episcopi Adelberonis, Spyrensis Episcopi
Aynhardi, Argentinensis Episcopi Wernheri, Laufonnenensis Episcopi
Burkhardi, Sedunensis Episcopi Grinefredi, Suevorum Ducis Rodolfi,
Saxonum Ducis Magni, Lothariensem Ducis Gothefredi, Palatinorum
Hermannii . . . Ratbodonis, Marchionum Hermanni, Uthonis,
Eggeberti, Comitum, Wernheri, Volmari, Chunonis, de Burgundia,
aliorumque multorum nostri regni Principum interpellatione misericor-

diter suscepimus, ordinando clementer disposuimus, comprobando diligenter confirmavimus; Notum igitur fore Volumus & cupimus omnibus Christi fidelibus, tam futuris, quam presentibus; Quod quidam illustris Vir Lutholdus nomine, de Castello Rümelinga, cum fratre suo Reginredo, & filiis ejus consentientibus, quorum hæc sunt nomina; Primogenitus Odalricus, Luitprandus, Nothgerus, Burkardus, Rodolfus, donavit *per manum Bertholfi Ducis, filii Rodolfi, patre ipso Duce jubente*, in hoc placitu advocati, Ecclesiam de Roggerespere, cum tali recto, quod undecunque ipsis in ea parte videbatur, & insuper Alodum eorum, quod eidem Ecclesiæ sub præfato Duce Rodolfo contradiderat, in fide; Constructam autem ipsam Ecclesiam & Alodium suum in regno meo, in Laufannensi Episcopatu; *in pago Nomine VffGow, in Comitatu Bargensi*, donavit, cum laudamento fratris sui Reginredi & filiorum eique supra nominatorum, Deo & sanctis eique Apostolis Petro & Paulo, & Domino Hugoni, Abbatи tunc præsenti, & successoribus ejus, ad locum Cluniacensem, pro salute animæ suæ, & uxoris ejus Guthæ, pro salute fratris sui Reginredi, & filiorum ejus, pro remedio defunctorum parentum amborum, & pro consolatione in posteritate sua futurorum; ob memoriam quoque Regum, Episcoporum, Principum, & omnium prædictæ Cellæ statum & honorem diligentium ac defendentium, atque omnium prorsus Christi fidelium, ut in ordine monastico perpetualiter inibi serviatur Domino: Ipsi vero ibidem famulantes Deo monachi, sub regula & ordine Cluniacensi, liberam habeant, ut dignum est, de sua propria causa, potestatem, suis necessitatibus omnimodis providere, uti ac vivere, tantum ut censum reddant ad Clunia-

cum, per singulos annos aureum denarium, in natali Apostolorum Petri & Pauli;

Igitur ego HENRICUS Dei gratia Romanorum quartus Rex, Sancto Spiritu instinctus, propter spiritalis patris Hugonis Abbatis præsentiam, una cum matre mea Agnete, tunc Augusta, *per manum prefati Ducis R.* Vicinum loco & adjacens desertum quoddam, juris regni mei; scilicet nemus adhuc viride donavi eidem Ecclesiæ Roggersberch & Monachis inibi, Deo & sanctis ejus Apostolis P. & P. sub ordine Cluniaciensi famulantibus, pro remedio animæ patris mei defuncti, propter spem æternæ vitæ, ob remissionem omnium peccatorum nostrorum, ob salutem corporum, & sempiternam animarum requiem, ob cottidianam nostri memoriam, prolisque meæ in futurum; eo pacto & ea conditio ne, ut prædictæ Ecclesiæ Monachi, cum hominibus suis extirpent & succidant illud, ac exerceant, atque laborantibus agricolis ad succidendum & extirpandum collocent; donec in cottidianos usus suos bene redigant; Terminus vero ejusdem sylvæ ac deserti, circa montem Guecham extensus, in longitudinem & latitudinem ubique nemorosus & incultus per circuitum dicitur; Constitutus de monte Sanbach ubi oritur, usque ubi cadit in nigram aquam, primus Terminus. Secundus rursus de monte Sanbach usque ad Lupbach, & ab ortu ejusdem fluvii usque ubi cadit in Sensunam; 3tius. De Lupbach usque ad fluvium Guecham, ubi ille cadit in Sensunam; 4tus ab illo usque ad Toringeffperin; 5tus usque ad Lynebirgam; Sextus inde usque ad Scutum; 7mus de scuto usque ad cœcum fluvium; 8vus de cœco fluvio usque in rubrum fluvium; & sic ut idem rubeus fluvius cadit in nigram aquam;

9nus

qnum de nigra aqua iterum ad montem Sanbach; eruntque omnes termini simul conjuncti novem. Decretum est igitur a me & a matre mea A. Augusta & a prænominato Apostolici Legato G. atque ab Archiepiscopis, Episcopis . . . lica cum autoritate, banno imposito confirmatum, a Ducibus etiam & Palatinis, Marchionibus, Comitibus, & omnibus, inferioris dignitatis Principibus collaudatum; ut nulli omnino hominum sive ditioni sive Pauperiori posthac liceat in eodem loco, vel in eadem sylva, aliquas proprietatis conditiones, non hereditarii juris, non Advocativæ nec cuiuslibet potestatis usurpatione, quæ libertate monasterii noceat, sibimet vendicare vel temere perturbare, aut subditas ei possessiones auferre, vel minuere, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; Huic decreto communi propter firmam & stabilem ejusdem Monasterii libertatem, ex regia nostra auctoritate, addimus etiam hoc & fixum statuimus, ut si qua persona Ecclesiastica vel secularis, hujus constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, vel aliquid a supradicto monasterio, temerarie vel injuste abstulerit, semel ac secundo tertiove communitus si non satisfactione congrua emendaverit, ablatumque reddiderit, is nostra, nostrorumque successorum Regum potestate coactus, XXX aurii libras ad regis ærarium persolvat, primitus Ecclesiæ redditio eo, quod injuste abstulerat, & potestatis, honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere, de perpetrata iniuitate cognoscatur; atque in Apostolici usque præsentiam, a sacratissimo corpore Domini nostri Jesu Christi alienus fiat, & in extremo examine districtæ ultiōni

Cod. Dipl.

D

subjaceat. Ut ergo hæc supra dictarum traditionum & constitutionum decreta, omni ævo ab hac die in decimo rata & inconcussa permaneant, hanc Cartam & Testamentum manu propria corroboravimus, nostrique sigilli impressione insigniri curavimus.

Hilfelsus Cancell. vice Annonis

Archi Cancell. S. S. Regis.

Data VI. Kalendas Aprilis Anno Domini Incarnationis MLXXVI.

Indictione XIII.

Anno vero Domini Henrici quarti Regis XXI. Actum in *Wormatia*.

XIV.

CHARTA CONCAMBII, QUA BURCARDUS BASIL.
EPISCOPUS LOCUM *CELLA* IN NIGRA SILVA CON-
CREDIT S. ULRICO.

A N N O M L X X X V I L

Ex Tabular. Abbatia Cluniacensis.

In nomine sancte & individue Trinitatis. Noverit omnium fidelium tam futurorum quam praesentium universitas qualiter venerabilis pater Dominus Vdalricus monachus Cluniacensis & prior de Gruningun precibus suis impetraverit a Basiliense Episcopo Domino Burcardo, ut locus ille, qui *Cella* dicitur, qui situs est in nigra silva, in pago Brisgo-we, in comitatu HERIMANNI Comitis, per legitimum concambium ad Cluniacum traderetur, quod concambium ut fieret per advocatum nostrum Erlewinum, & Seligerum militem ejusdem Ecclesie advoca-tum, idem Episcopus benigne indulxit, conlaudavit, ac precepto suo confirmavit. dedit igitur idem advocatus noster Erlewinus super sacro-sanctas Reliquias Basiliensis Ecclesie premium, quod habuimus in villa, que *Bigen* vocatur, pro commutatione celle, quam prediximus. Sed quia quibusdam hoc minus sufficere videbatur, advocatus noster, Dominus scilicet Erlewinus, donavit nobis in loco, qui dicitur *Antparingen* mansum unum; quem ita partiendo expendimus, ut media pars ejusdem ad supplementum concambii adderetur, altera vero, quia locus

Celle in parochia Ecclesie, que vocatur *Kirichoven*, situs erat pro redimendis ejusdem loci decimis deputaretur. his ita peractis, advocatus Episcopi Seligerus dedit super sacrosanctas Reliquias Cluniacensis Ecclesie locum prenominate Celle in propriam & perpetuam potestatem cum omnibus appenditiis & justitiis suis, videlicet agris, pratis, paucis, terris cultis & incultis, silvis, molis, molendinis, aquis aquarumve decursibus, exitibus & reditibus, cunctisque locis, que sunt in circuitu ejusdem Celle, a quibus nives per declivia montium dilabi in valles noscuntur. & ut hoc concambium Ecclesie Basiliensi utilius fuisset factum quam non factum, ex parte Episcopi juramentum fecerunt Herimannus de *Pischophingen*, Humbertus de *Untchirichen*, Luitoldus & Solvinus de *Tungen*. In actione & confirmatione hujus concambii aderant testes; quorum nomina subscripta sunt. **BERTOLFUS DUX**, **HERIMANNUS COMES**, Ebbo & filius ejus Erchenboldus, Arnoldus, Sigeboldus, Ruodolfus, Burchardus, Wernherus, Cuono, item Cuono, Folchardus, Luitfridus, Wolfgangus, Gerunc. anno dominice incarnationis MLXXXVII. jndict. X. Actum in loco, qui dicitur *Rendelisum*. (a)

(a) Forte Rindelinseim, Rendelina Curtis, in Pago Sornegaudiæ sita, de qua **ALSATIAE ILLISTR.** Tom. I. pag. 637. Locus hic profecto ad Episcopatum Basil. pertinuit.

XV.

BULLA URBANI II. PONTIF. MAX. PRO ABBATIA
S. PETRI IN NIGRA SILVA.

A N N O M X C V.

Ex rotulo San-Petrino.

URBANUS Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Christo filiis, in loco, qui Cella S. Petri dicitur, sub B. Benedicti regula dimicantibus, eorumque Successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Desiderium, quod ad religiosum propositum & animarum salutem pertinere monstratur, auctore Deo sine aliqua est dilatione complendum. Quia ergo egrægiæ nobilitatis vir **BERTHOLDUS DUX** in *Comitatu Brisaquensi*, in Constantiensi Episcopatu, in *Sylva*, quæ dicitur *nigra*, ad honorem Sancti Petri Apostolorum Principis Monasterium ædificavit, ipsum quoque allodium Romanæ Ecclesiæ Juri mancipavit. Nos ejus devotionem nostra Auctoritate firmantes locum ipsum sub Apostolicæ Sedis tutela specialiter fovendum suscepimus. Per præsentis igitur privilegii paginam Apostolica auctoritate statuimus, ut quæcumque prædia sive possessiones præfatus Dux, vel alii viri ex suo jure vestro Monasterio obtulerint, sive in futurum Concessione Pontificum, Liberalitate Principum, seu oblatione fidelium justè atque canonice poteritis

D 3

adipisci, firma Vobis, Vestrisque Successoribus & illabata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem cœnobium temerè perturbare, vel ei subditas possessiones afferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integrè conserventur, vestris, vestrorumque Successorum usibus omnimodis profutura. Obeunte eo, qui in vobis Abbatis fungitur ministerio, nullus ibi sub qualibet subceptionis astutia vel violentia præponatur, nisi quem vestri Collegii Universitas, vel senioris Consilii pars secundum timorem Dei, & B. Benedicti regulam elegerit. Advocatus, quem vestris iuribus decreveritis, nullam in Monasterio vestro aliquid disponendi habeat potestatem: Nulli etiam fœculari personæ in eodem loco liceat habitare.

Vos autem filii in Christo Charissimi oportet regularis disciplinæ Institutionibus diligenter insistere, & totius animæ ac mentis virtutibus anhelare, ut per arctam viam gradientes Omnipotenti Deo placere, & ad supernam latitudinem pervenire valeatis. Ad indicium autem perceptæ hujus à Romana Ecclesia libertatis aureum Bisantium per singulos annos Lateranensi Palatio persolvetus.

Sanè si quis In Craftinum Archi- episcopus aut Episcopus, Imperator aut Rex, Princeps aut Dux, Comes aut Vice- Comes, Judex aut persona quælibet magna vel parva, fœcularis vel Ecclesiastica hujus nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, sin non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reūmque se divino judicio existere, ut à Sacratissimo corpore & sanguine Dei ac Domini Redemptoris Nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem loco justa servantibus

fit pax Dni. nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipient, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Datum *Placentia* per manum Joannis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis VIto Idus Martii Indict. III. Anno Dominicæ Incarnat. MXCV. Pontificatus autem Domini Urbani Secundi Papæ VIIo.



XVI.

CHARTA FUNDATIONIS MONASTERII S. ALBANI
BASILEÆ, PER BURCHARDUM EPISCOPUM
BASILIENSEM. (a)

A N N O M C I I I.

Ex Cod. Ursiliano Archivi Basil.

In nominæ sanctæ individuæ Trinitatis Amen.

Cum ex adjuncto divinitus officio vicem Dominicam in Ecclesia gere
re debeamus, providendum Nobis summopere est, ne magis glo
riam propriam quam Justitiam querere a Domino judicemur, & talen
tum creditum in terram magis fodere, quam cum fœnore ad Dominum
reportare comprobemur. Bonum ergo operantes ad Omnes, non defi
ciamus, tempore enim suo metemus vitam æternam. Hujus rei gratia

(a) Fragmenta hujus Chartæ dedit URSTIS. *Epit. Hist. Basil.* Cap. X. pag. 123.

Ego BURCHARDUS divina miseratione Basiliensis Episcopus pro
mearum negligentiarum Correctione, proque omnium fidelium tam vi-
vorum, quam corporis vinculis solutorum Redemptione Anno Domini-
cæ Incarnationis Millesimo LXXX. III. hoc Cenobium in honore San-
cti Salvatoris, & Beatæ Dei Genetricis semperque Virginis Mariæ San-
ctique Albanii Martyris institui, & ut divinum die noctuque inibi redun-
daret servitium, vitæ Conversationique Monachorum ipsum deputavi,
Ordinationique Cluniacensis Abbatis concredi, ita ut quicunque Prior
ab ipso creabitur, quia Ecclesia ipsa Cura Animarum de Consilio & Con-
fensu Cleri nostri investita est, stabilis & absque omni Calumnia & Gra-
vamine, nisi legitimis rationibus convincatur, quod absit, perseveret,
utque Corporeis necessitatibus supersedentes, solum divinis vacarent
laudibus, de propriis redditibus, partim de his, quæ Ipse mea acquisivi
industria & pecunia, ipsis victualia, & cetera vitæ necessaria abundan-
ter ordinavi. Verum, quoniam ab ineunte temporum ætate sic se ha-
bent secularia, ut semper mali detrahant bonis, & livor edax hoc nitit
ur invertere, quod ad Cultum divinæ Religionis maxime bonorum vi-
rorum ædificatum est conamine, necessarium deputavi, Colonias & Vi-
neas, omnesque redditus huic Cœnobio subjectos, litteris mandare, &
unde vel qualiter, quorumque Testimonio Beato Albano fuerint donata,
carta præsenti adnotare. Ego BURCHARDUS Episcop. qui istam
Congregationem institui, Consilio fidelium meorum tam Laïcorum quam
Clericorum de propriis meis redditibus dedi Sancto Albano fratribusque
Deo eique famulantibus, *Lorracho* cum Ecclesia omnibusque suis appen-
diciis tam in vineis quam in agris, pratis & filvis, Ecclesiam de Ho-

wingin

wingin (a) cum suis, Ecclesiam de *Chandro* (b) cum suis, in villa quæ dicitur *Inferior Basilea* Ecclesiam cum suis, Curtim & Ecclesiam de *Hegindorff* cum suis. In Civitate Basiliensi Ecclesiam Beati Martini, & decimam in villa quæ vocatur *Huningin* medietatem. Ecclesia in villa quæ dicitur *Kemiz* (c) & medietatem villæ cum suis Appendiciis, Ecclesiam de *Bonzinsheim* cum suis Appendiciis, ea tamen ratione ut Prior ille ab ipsis institutus vices nostras per omnia ibidem habeat in Cura animarum sicut & Prior Sancti Albani in Civitate Basilea, sicut fluvius Birsicus determinat, ita tamen ut Cappellani ab ipsis electi vices ipsorum in his quæ ad Plebis Curam pertinent, agant. Ecclesiam & Villam de *Appenwiler* cum suis Appendiciis, silvam quæ sita est juxta Sanctum Albanum, molendina in Ripa Birsæ, cum pratis & agris adjacentibus, in villa quæ dicitur *Binnengin* duos Mansus, *Rinwilere*, *Ahperingen*, (d) *Habchinshen*, *Guzwilre*, (e) *Sierinzs*, (f) *Westhalda*, Curtim vnam cum Vineis *Vfheim*, *Ramispach*, *Michilnbach*, *Obirwilre*, (g) *Bratillo*, *Gelterkingin*, *Durno*, *Holstein*, (h) *Metin*. (i) His prædictis Curiis & Ecclesiis prænotatis Cenobium Beati Albani Martiris fundatum est. Advocatum supra prædictas Curtes institui, nobilem Virum videlicet *Rudolphum de Honberg Comitem* ex ista parte Rheni, in vltiori vero parte Rheni *T. de Rötinllim*, qui homines ipsorum & Res sine omni sibi substituto subadvocato, tuitionis virtute

(a) Hauingen. (b) Candern. (c) Kl. Kembs. (d) Esfringen. (e) Gotones-wilare. vide supra dipl. II. not. c. hodie Kuzerbann. (f) Sirmiz. (g) Oberweiler. (h) Hölfstein. (i) Fortassis Wetin, hodie Weitenau, prope Hölfstein omnes hi vici ditionis sunt Bada-Durlacensis.

sine læsione fideliter defensare satagant, non Tyrannidem iniquæ Exactionis exerceant. quod si excesserint & Monachi ab iniquo Gravamine clamare super Eos comperiantur semel & secundo tertiove commoniti se emendare noluerint, a Jure suæ Advocationis sine omni Contradictione ab Episcopo removeantur, & alii qui digni sint loco ipsorum subrogentur. Ecclesiam vero ipsam & locum cum omnibus suis Appendixis a muro Civitatis usque ad Pontem Birse, & omnia quæ in banno vrbis continentur, quæ Jurisdictionis ipsorum sunt Ordinationi Prioris & Judicio successorumque suorum dimisi, nisi cum Judicium Sanguinis agitur, quod meis officialibus judicandum reservavi, removens per hoc omnem secularem personam, vt Monachi inibi Deo servientes ab omni strepitu mundanorum exempti, soli Deo liberrime vacare prævaleant. Porro infra septa monasterii sicut a porta superiori intratur, quæ omnia nomini Domini Sabahot dicata sunt prohibemus & sub pœna Excommunicationis & Communicationis tremendi Judicii Dei interdicimus, ne aliquis temere quid malignari vel aliquam Potestatem iniquam super inhabitantes exercere præsumat. Quod si Dei nutu & misericordia, quod fieri non disredo, Ecclesia ipsa Rebus & Religione in tantum exaltata fuerit & Judicio Episcopi quicunque loco mei successerit, id posse fieri videatur, competentes fratres ipsius loci sibi de suis eligant Abbatem, qui ab Abate Cluniacensi fine Contradictione instituatur; Precor igitur & obtentu perfectæ Caritatis veræque fraternitatis obtestor omnes Successores meos, quatenus perhenne præmium in prædicti Cœnobii amplificatione mecum sperare contendant meamque Concessionem & Confirmationem avertere minime præsumant, sed monachos inibi Deo sanctoque Albano famulantes pro animarum suarum salute sub libero & tranquillo

Dei servitio ab omni contrarietate & perturbatione defendant. Si quis autem, quod absit, spiritus malignitatis inflatus hanc nostræ Confirmationis Cartam infringere tentarit vel fratres Deo inibi servientes moleftiis inquietare vel omnino perturbare præsumperit odium Dei & Sanctæ Mariæ Sanctique Albani Martiris nec non omnium Sanctorum incurrat, & fisco Regio Centum Libras auri persolvat, & Conamina illius per Dei potentiam irrita fiant; vt autem conscriptio hæc rata & stabilis in ævum permaneat eam sigilli nostri jussimus impressione signari. Testes hujus rei sunt: Chuono Laufanensis Eps. Ruodolfus Præpositus, Hupoldus Vicedominus, Bertholdus Thesaurarius, Hugo Decanus, Adilbertus Can: Ebirhardus Cam. Ruodolfus Advocatus. Adilbo Com. Hermannus Comes, Ludewicus Comes, Burchardus mil. Adilbertus Pincerna, Lampertus Dapifer, Anno, Wernherus, Rienherus, Hezo, Adaliz, Burchardus, & alii quam plures. Acta sunt hæc *Basileæ* in præfentia Burchardi Episcopi, qui hanc Cartam dedit, Indictione XI. Luna I. Regnante Imperatore Romanorum Henrico IIII. & filio Ejus Rege Heinrico V.

XVII.

NOTITIA DE VICO YTTEWILARE ABBATIÆ
S. PETRI A BERTOLDO II. DUCE
RESTITUTO.

A N N O M C I X.

Ex Rotulo San-Petrino.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Notum fit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam præsentibus. Quod *Vir Summae Nobilitatis DUX BERTHOLDUS* cum Uxore sua bonæ memoriae *Agnete*. hoc annuente & rogante Reverendissimo Constantiensi Episcopo Domino *Gebehardo ejusdem Ducis Germano* inter cætera liberalitatis suæ opera quemdam locum, qui dicitur *Buchse* cum omnibus ad eum pertinentibus pro redemptione animæ suæ Deo & sancto Petro Apostolo Ecclesiæ nostro Patrono. præpotestativa manu contradidit. qui multis diebus usibus Monachorum, in cœnobia nostro degentium, cum universis suis redditibus libero & intemerato Jure servivit. Revolutis autem aliquot annorum curriculis. quidam perversus ex militibus Ducis pro quodam utilitatis suæ negotio. Jusjurandi non metuens se obligare Sacramento. Cum votum suum ad effectum produxisset. nec facultatibus suis miser à juramento quod fecerat solvi potuisset. Dominum suum Ducem adjit. diversis promissionibus multis obtestationibus in primis satis contradicentem ad hoc demum compulit. quod homo tantæ Dignitatis Deo

facere præsumeret injustitiam. ne fuus miles perjurus. hominum amitteret justitiam. nam licet invitus ob hanc tamen necessitatem militis sui devictus precibus. quemdam Vicum. *Ttevitare* vocatum. ad supradictum pertinentem locum. cuiusdam comiti nomine Diepoldo fecit beneficiarium. Verum dum comes idem naturæ cedens tandem obiisset. ac Dux præfatus secum revolveret quod egisset. & legatione fratrum quos injuriaverat interpellatus. & superna inspiratione cordetenus visitatus. eo tempore in vigilia Ascensionis Domini cum *filio suo* Domino *Ruodolfo* advenit pacificus. videlicet ea quæ injustè commiserat correcturus. Igitur in sequenti die ipsius solemnitatis ad Monasterium procedens in conspectu Venerabilis Abbatis Domini Eponis & fratrum circumstante non parva. quæ tali die convenerat plebe. Reliquis Sanctorum apportatis. prædium quod abstulerat. humiliter reddidit. & nequaquam de cætero in hoc aut alijs Ecclesiæ nostræ rebus se nociturum. sed omnibus quibus posset modis Deo & sancto Petro fideliter & devotè promittens semper profuturum. postulante memorato Abate. eundem Vicum ibidem suscepit in suæ Defensionis patrocinium. Aderant ibi eodem tempore cum Duce præter Vulgus aliqui nobilium Virorum. quorum nomina hic conscripta sunt in rei gestæ testimonium. Hugo de *Tannege*. Walto de *Pforron*. Marcwart de *Nidingen*. Ernest de *Steine*. Harpertus de *Wilheim*. Immo de *Inſſe*. Actum ante Basilicam Sancti Petri. Anno ab Incarnatione Domini M. C. VIII.

XVIII.

HENRICI V. IMP. CONFIRMATIO MONASTERII
GOTTESAUGIENSIS.

A N N O M C X.

Ex Archivo Bada-Durlacensi.

In nomine sancte & individue Trinitatis. HENRICUS divina favente clementia Rex. Omnium sancte DEI ecclesie fidelium cognoscat industria, quod in regno nostro regulare quoddam Monasterium situm est, in provincia scil. quæ dicitur Teutonica Francia, in Episcopatu Spirensi in pago Albegowa, in Comitatu Vorchheim, in sylva, quæ dicitur Lushardt, juxta fluvium, qui dicitur Alba, quod Gottesawa nuncupatur honorifice constructum & D E O dicatum est a quodam Comite Bertholdo, & filiabus Lugarda & Mechtilda, sibi in hoc omnino consentientibus &c. Data XVII. Calend. Sept. Indict. III. ao. Dominicæ incarnat. M C X. regnante Henrico V. Rege Rom. ao. IV. Actum est Spiræ in Christo feliciter Amen.

EX ROTVLO FVNDATIONIS ABBATIAE

S. PETRI IN NIGRA SVIVA SEC.

XII.

Notū sūt xpī fidelibus. qđ iux magna nobilitatis Hermann' march
beatę memorię herimanni marchionis filius tale prediū quale ui
līs ē habere apd villā Imparlingen cū mancipiū utriusq; sexus ad il
lud p̄tinentib⁹. cū una bāsilica cū domib⁹ & cūstib⁹. excepto tan
tū qđ quida ei' sequentes ab ipso þus in beneficiū acceperant. scō
Petro p̄ redēptione animę suę & parentū suorū neenon & coniugis suę
nup defunctę tradidit in possessionē. Aderant huic traditioni pret
multitudinē vulgi nobiles uiri atq; liberi. quoꝝ nōa subscripta sūt.
Berhtoldus dux patruelis eiusdem comitis. Dietricus de Rotenleim
Waltherus de Wilhem. Adelbus de Sverce. Geroldus de Wit
tilenchouen.

XIX.

EX ROTULO FOUNDATIONIS ABBATIÆ S. PETRI IN
NIGRA SILVA. SEC. XII.

A N N O M C X I .

Notum fit Christi fidelibus quod vir magne nobilitatis HERIMANNUS MARCHIO BEATE MEMORIE HERIMANNI MARCHIONIS FILIUS ta'e premium quale visus est habere apud villam Amparingen cum mancipiis utriusque sexus ad illud pertinentibus cum una Basilica cum domibus & curtibus excepto tantum quod quidam ejus servientes ab ipso prius in beneficium acceperant, sancto Petro pro redemtione anime sue & parentum suorum nec non & conjugis sue nuper defuncte tradidit in possessionem. Aderant huic traditioni preter multitudinem vulgi nobiles viri atque liberi quorum nomina subscripta sunt BERHTOLDUS DUX PATRUELIS EJUSDEM COMITIS. Ditricus de Rotenleim. Waltherus de Wilheim. Adelbertus de Swerke. Geroldus de Wittichenhouen.

XX.

EX ROTULO FOUNDATIONIS ABBATIÆ S. PETRI IN
NIGRA SILVA, SEC. XII.

A N N O M C X I .

Anno autem ab incarnatione domini MCXI. idem christianissimus BUX BERHTOLDUS, cuius tempore illo Christi pauperes plurimum tuebantur patrocinio, nutu divino presentis vitæ cursum finiens

ad hunc locum, quem ipse primum cum *fratre suo Constantiensium venerabili Episcopo GEBEHARDO* cœpit construere, sicut ante disposuerat atque rogaverat, ad sepeliendum a suis honorifice delatus est. Cujus corpore nondum terre commendato **UXOR EJUS** domina **AGNES** cum duobus **LIBERIS** suis domino **RUDOLFO & CUNRADO** tale preedium, quale visa est habere in villa, qui dicitur Scalfcat & intra fines ad eandem villam pertinentes cum mancipiis ibidem constitutis pro redemptione animæ mariti sui beato Petro tradidit. Hac facta traditione quidam miles nomine Guntramus de familia Ducis annuente atque presente domina sua, quicquid allodii in pago qui dicitur Gundeluingen possebat, pro anima domini sui beato Petro donavit. Item quædam mulier nomine Liucela foror ejusdem G. que his gestis affuit, quandam curticulam & pratum in predicto pago Gundeluingen pro anima domini sui beato Petro tradidit. Aderant his traditionibus præter multitudinem populi nobiles viri atque liberi, quorum nomina subscripta sunt,
H E R E M A N N U S M A R C H I O F R A T R U E L I S P R E F A T I D U C I S.
Fridericus comes de Mumpligart. Bertholdus comes de Nüenburc, Erkenboldus de Kencingen. Erlewinus de Antrefbach. Adalbero de Grabenhafen. Heinricus de Hardegge. Vdalricus de Belpa & filius ejus Rudolfus. Rupertus & Heinricus de Scalstat. Bern de Hofwilre.

XXI.

Nota. Utrumque hoc documentum N. XIX. & XX. exhibemus lectori delineatum & aeri incisum.


EX ROTVLO FVNDATIONIS ABBATIAE

S. PETRI IN NIGRA SILVA SEC. XII.

exemplum delineatum.

Ayyho aut̄ ab incarnat̄ d. n. c. xi. Ide xpiianissimus dux Berhtoldus cui⁹ tempore illo xpi paupes plurimū tuebant̄ patrocinio. nutu diuino p̄sentis ui
te cursū finiens. ad hunc locū quē ipse p̄mū cū fr̄e suo c̄stantiensiū uenerabi
li epo Lebehardo cepit c̄struere. sic ante disposuerat atq; rogauerat. ad sepeli
endū a suis honorifice delat̄. Cui⁹ corpore. nondu tr̄e cōmendato. uxor ei⁹
dona Agnes cū duob; liberis suis dono R̄dolfo & C̄nrado tale predū quale
uisa ē habere in villa q̄ dr. Salstat. & mira fines ad eandē ulla ptinentes. cū
mancipis ibide c̄stitutis. predeceptione animę maritis beato Petro c̄didit.
Hac facta traditione. quida miles nōe Huntrāmus de familia ducis. annuente
atq; p̄sente dñna sua. q̄cqd allodu in pago q̄ dr. Eundelungen possidebat. p
anima dñi sui beato Petro donauit. Itē quēda mulier nōe livela soror.
eide. C. quē his gestis affuit. q̄ndā curticula & pratū m̄ pdicto pago Gundel
p anima dñi sui beato Petro tradidit. Aderant his traditionib; pret̄ multitu
dinē pp̄li nobiles uiri atq; liberi quoꝝ nomina subscripta sunt.

Heremamus marchio. fratruelis p̄fati ducis. Frideric⁹ comes de Mvmplicart.
Berhtoldus comes de Nyenburc. Frkenboldus de Keningen. Frlewin⁹ de
Aitresbach. Adalbo de Grabenhusen. Heinricus de Hardegge. Odalric⁹ de
Belpa & fili⁹ ei⁹ R̄dolfus. R̄dptus & Heinricus de Salstat. Bern de Hofwilre.



XXI.

EXCERPTA EX CHARTIS VOLUMINIS VEL ROTULI SAN-PETRINI.

Circa ANNUM M C X I.

„ **Q**uoddam concambium factum est inter nos & Sanctimoniales de „ *Waltchilicha*. premium videlicet quod habebant apud villam „ *Bettebur* (a) nobis dederunt. & partem predij quod nos habuimus apud „ *Sevelt* (b) vicissim receperunt. advocatis utriusque Ecclesiæ presentibus. „ & aliis liberis hominibus quorum nomina subscripta sunt. *Dux Ber-*
„ *tholdus* & frater ejus *Conradus*. *Heremannus marchio*. *Conradus*
„ de *Waltchilicha*. *Geroldus de Seerlingen*. *Erlewinus de Antrespach*.
„ *Erchenboldus de Hahperc*. *Ruodolfus de Windisleh*. *Gerunc de Brun-*
„ *na*. *Burchardus de Gundelvingen*.

„ Waltherus nobilis homo de *Wilheim* cum filiis suis tale pre-
„ dium quale visus est habere in loco qui dicitur *Ricewilare*. & mansum
„ unum apud *Pippindorf*. & pratum quoddam apud *Windibach*. beato
„ Petro contradidit. Hujus rei testes sunt *Berhtoldus Dux*. *Heriman-*

(a) Bettberg.

(b) Seefelden.

Cod. Dipl.

F

„ *nus marchio.* Berhtoldus de *Sparwarifegge.* & frater ejus Erlewinus.
„ Fridericus de *Woluah.* Heinricus de *Hardegge.* Walchon de *Gro-*
„ *ningen.* Conradus de *Waltchilicha.* Burchart de *Boheim.* Ruo-
„ dolf de *Winulistein.* Uto de *Crocingen.* Craft de *Opfingen.* Burchart
„ de *Dencelingen.*

„ Wolfhelinus de *Tonsula* & filius ejus Hiltibrandus omne pre-
„ dium quod apud eandem villam *Schallstatt* (k) habuit. cum manu Domi-
„ ni sui *Ducis Berhtoldi* pro quatuor marcis argenti vendidit Ecclesiæ
„ S. Petri. presente quoque Domino *Herimanno secundo Marchione.* &
„ pluribus militibus suis.

(k) Schallstatt Ditionis Badenw.

XXII.

NOTITIA DONATIONIS INSIGNIS MONASTERIO
S. PETRI IN NIGRA SILVA FACTÆ A BERTOLDO ET
CONRADO, BERTOLDI II. DUCIS ZARINGIÆ FILIIS,
BERTOLDI I. NEPOTIBUS.

A N N O M C X I I .


Ex Rotulo San-Petrino.

Omnibus Christi fidelibus tam futuris quam præsentibus notum esse cupimus, qualiter Dominus Bertholdus & frater ejus Conradus filii bonæ memoriae Berthodi Ducis Cœnobii hujus Fundatoris, tale preedium quale in vico, qui dicitur Benzeshusen habuerunt cum omnibus suis pertinentiis, hoc est mancipiis utriusque sexus, areis, agris, pratis, pascuis, campis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, molen dinis, exitibus & redditibus five cultis five incultis, sed & Novale vicinum cellæ nostræ, quod Gotescalchesgrötte dicitur, nec non & illam sui Juris quantitatem non parvam Sylvæ, quæ Schwarzwald appellatur, & ab illo Novali in Longitudinem ac Latitudinem fatis copiosam protenditur, pro redēptione animarum fuarum, atque parentum ibidem sepultorum beato Petro Apostolo manu præpotestativa contradiderunt ad hoc videlicet, ut quidquid utilitatis inde proveniat, Monachorum in hoc Loco conversantium in usum atque servitium perpetuo cedat.

F 2

Præterea in omnibus allodiis in Burgundia seu Brisgaugia aut in Nekergaugia, vel ubicunque locorum sitis, quæ parentes sui gloriosus scilicet Dux Bertholdus cum uxore sua Domina Agnete illorumque patres, id est Katholicæ veritatis seftator eximius Ruodolphus Rex & honorabilis Dux Bertholdus primus cum thori sui consorte Domina *Richwara* tradiderunt Ecclesiis, quarum una in vico quodam Burgundiæ, qui vocatur *Buchse*, continetur, alia vero apud villam quandam Nekergaugiæ *Wilheim* appellatum cum omnibus quæ ad easdem pertinere videbantur, huic Cœnobio in præsentiarium subditis, quodlibet Ius hæreditarium vel à se vel à generis sui successoribus habendum juxta legalem Alemanorum consuetudinem devote abdicarunt, imo etiam ut Majorum suorum vota & oblationes omni succendentis temporis ævo inconvulsæ & intemeratæ permaneant, iterata traditione confirmaverunt. Eadem quaque ratione non dissimili voto, quicunque de clientibus suis vel Familia huic Ecclesiæ devotionis causa conferre vellent aliquas facultates aut patrimonia, omnibus ab illa die deinceps liberam potestatem voti complendi permiserunt. Insuper etiam nouam partem omnium rerum suarum, quæ decimari solent hujus Loci Cœnobitis annis singulis persolvi constituerunt. Actum VI. Kal. Ian. id est in nativitate beatissimi Evangelistæ Ioannis, Anno ab Incarnatione Domini MCXII. regnante Rege Henrico hujus nominis quinto. Indictione V. fer. IIII. ante Basilicam S. Petri, allatis illuc sanctorum Reliquiis, in præsentia Domini Eponnis Ven. Abbatis. astantibus, quorum nomina subscripta sunt, nobilibus viris. Cono de Kunringen & Filius ejus Cono. Waltherus de Horwan. Razo de Riethusen. Eberhardus de Eifstat. Luicili & Adelbertus de Ushusen. Harpertus de Wilheim, Geroldus de Wittlinchoven. Et

stantibus de Domo Ducis qui majores natu fuerant, plurimis. Circumstante quoque & hoc audiente, qui tali die ad Ecclesiam convenerat, cœtu copiosæ plebis.



XXIII.

BERTOLDI III. ET CONRADI DUCUM ZARING.
CONFIRMATIO FUNDATI A PARENTIBUS SUIS
COENOBII S. PETRI

A N N O M C X I I .

Ex eodem Rotulo.

In Christi nomine. Notum esse cupimus Christi fidelibus tam futuris quam præsentibus, quod *Dux Bertholdus III. & frater ejus Dominus C. filii* bone memorie *Bertholdi II. Ducis*, hujus Ecclesiæ fundatoris nigræ silvæ, quæ nostra lingua Schwarzwalt appellatur. loca vel prædia seu possessiones hæreditario ad se jure transmissas, & hiis vocabulis determinatas, videlicet a Plateno in monte Kanden, & sic erga

Charta hæc apud SCHANNAT. Coll. I. pag. 160. sed vitiose.

jugum montis, & per descensum dexteræ partis montis ejusdem usque ad montem dictum Zewisbisberg a Zewisberg ad terminum dictum Buggenhorn de Buggenhorn ad terminum dictum Twerenbachgesprenge. abinde in rivum dictum Wuta & abinde ad terminum dictum zem Burgstal, quidquid ab ipso termino videlicet prædictæ ripæ tendit ad antedictum terminum Burgstal. abinde erga jugum ejusdem collis usque ad montem dictum Ettenberg, & inde in terminum dictum Tiersol, & per descensum ejusdem termini usque in Bregenbech, cum omnibus vallisbus eundem rivulum tangentibus ex parte dextera. Abinde usque ad paludem quæ vulgariter Hönenlache appellatur, sitam super Strichen. abinde usque Widiwanke, & abinde usque Ludiwancke. abinde usque Lubinsbach. abinde usque in vallem Nordera. deinde per ascensum montis, qui dicitur Nenkersperg ad fontem Schönenbrunne, abinde Schoneggenbach inferius usque ad terminum qui vocatur Welschenordera: abinde sursum per vallem usque ad terminum qui dicitur hern chungenvelle. abinde usque ad terminum qui vocatur Bernhöpten. abinde usque ad ripam quæ vocatur Werispach. abinde per medium montis usque ad castrum dirutum Wisenegge. ab inde usque Staphelegge sive Wafenegge abinde usque ad jugum montis dicti Flansen. abinde per medium montis sive cacumen usque ad Tiliam sitam in monte dicto Wiphi. abinde per descensum montis ejusdem usque ad ripam dictam Gloter. abinde usque ad longum lapidem situm in monte dicto Turli. abinde per descensum montis usque ad ripam quæ vocatur Schwarzerichenbach. abinde per ascensum ejusdem rivuli usque ad montem Channum. abinde usque ad terminum in principio nominatum dictum zem Ahorn manu præpotestativa beato Petro Apostolo Patrono nostro pro Redemptione

animarum suarum, nec non parentum suorum hic sepulchorum devoti tradiderunt.

Aëtum VI, Kal. Jan. id est in Nativitate S. Joannis Evangelistæ anno dominicæ Incarn. M. C. XII. anno sexto Henrici Regis hujus nominis quinti, ante Basilicam Sancti Petri, allatis illuc Sanctorum reliquiis, hujus loci regimen tenente Ven. Domino Eppone Abate. astantibus nobilibus viris, quorum nomina in rei gestæ testimonium subscripta sunt. Chunone de Kunringen & filio ejus Chunone. Walthero de Horwen. Ranzone de Stoffeln. Eberhardo de Eifstat. Lyzelino & Adilberto de Vfhusen. Hartberto de Wilhein. Geroldo de Witlikofen. & de domo Ducis Chunone de Blankenberg. Reinharto de Wiler. & Bernwarto de Verstat. Heinrico de Owen. Gisilberto de Willer. & aliis quam pluribus fide dignis. Circumstante quoque & hoc audiente, qui tali die ad Ecclesiam convenerat, cœtu copiosæ plebis.

XXIV.

NOTITIA DEDICATIONIS MONASTERII S. PETRI
IN NIGRA SILVA ET DONATIONIS IN GONDELINGEN
EI FACTÆ.

A N N O M C X I I I .

Ex Rotulo San-Petrino.

Anno ab Incarnatione Domini M. C. XIII. Indict. VII. VIII. Anno Regis HEINRICI quinti II. Kal. Octob. feria III. dedicatum est Monasterium nostri Cœnobii à Venerabili Wittone Curensi Episcopo in honorem Sanctæ & Individuæ Trinitatis, ac victoriosissimæ Crucis, & Beati Petri Apostoli, omniumque Apostolorum. Domino Udalrico Constantiensis Ecclesiæ electo præsente, & annuente una cum septem religiosis Abbatibus. hoc est Domino Eppone tunc temporis ejusdem Monasterii Prælato. Brunone Hirsaugiense. Rusteino de S. Blasio. Adalberto Scafhusense. Dieggero de S. Georgio. Ottone Rinaugiense. Egenone Augustense tantæ solennitati concurrentibus, & in cunctis quæ poterant devotissimè agentibus. Non solum autem tales Personæ nec non aliae religiosæ hominum plurimæ, id est Clericorum, Monachorum, Conversorum, verùm etiam fœcularium virorum non pauci nobiles, atque liberi, excepta promiscui sexus multitudine non parva, quæ undique confluxerat in illa die, huic negotio videbantur interesse.

Peracto itaque Dedicationis Officio *Dux Bertholdus*, & *frater ejus Dominus Conradus* Ecclesiam honorificè dotaverunt coram omni Populo; Tradentes ei videlicet præpotestiva manu prædium quoddam quod

quod habebant in Pago, qui dicitur *Goudelingen*, quatenus cum omnibus mancipiis, & appendiciis suis perpetuo cedat in usum Monachorum hoc in Monasterio Deo, & S. Petro famulantium. Preterea etiam ut omnia quæ a Parentibus suis, aut quibuscumque fidelibus tradita esse noscuntur beato Petro istius Monasterii Patrono inconvulsa, & intemerrata consistant omni succendentis Temporis ævo, quicquid juris hæreditarii vel à se aut generis sui successoribus possit haberi, aut dici, juxta Legem, & Consuetudinem istius Patriæ sicut & antea sepissimè fecerant, abdicaverunt in Conspectu utriusque Episcopi, & totius multitudinis circumstantis Populi.

His gestis intererant nobiles viri, quorum nomina in rei gestæ Testimonium subscripta sunt. Adalbertus Comes de Gamertingen. Adalbertus de Horenberc. Fridericus de Wölvach, & filius ejus Arnoldus. Waltherus de Wilheim. Gerunc de Brunne. Ruom, de Ashach. Wernherus de Cimbere. Limpolt de Merderburch. Erkenboldus de Kencingen. Conradus de Zaringen. Erkenboldus de Vorcheim. Eberhardus, & Frater ejus Burchardus de Eifstat. Heinricus de Wictelisberch. Vdalricus de Anemuttingen. Rudolfus de Bucheim. Walecho de Waldegge. Otto de Reginesberch. Lintoldus de Teyeruelt. Rodolfus de Gurtwil. Egino de Burbach; Erchengerus de Steinunstat. Craft de Opfingen. Wido de Wilare. Roggerus de Blidoluesheim. Rupertus de Husen. Berchtoldus, & Foleloch de Deningen. Lambertus de Adelhusen. Burchardus de Gundolvingen.

X X V.

INSTRUMENTUM CONDITÆ FRIBURGI CIVITATIS
IN BRISGOVIA.

A N N O M C X X .

Ex autographo Friburgensi.

In nomine Domini. Notum fit omnibus tam futuris quam presentibus quod Bertholdus Dux Zaringie in loco proprii fundi sui Friburc vide-
licet. secundum jura Coloniæ liberam constituit fieri civitatem. anno
ab incarnatione Domini Millesimo centesimo vicesimo. Mercatoribus
quibuscumque *personatis* (a) areas in constituto foro in proprium jus dis-
tribuens ad domos in eisdem areis edificandas. Singulé autem areé in
longitudine centum in latitudine quinquaginta pedes habebunt, & de
qualibet area XII. den. publicé moneté annuatim in festo beati Mar-
tini jure censuali Domino sunt persolvendi. Cum autem juxta consen-
sum ac decreta regis & principum ejusdem constitutio fori confirmata
fuisse. mercatoribus undecunque ad eundem locum confluentibus,
qué subscripta sunt, concessit privilegia. Omnibus in eadem civitate
manentibus jure perpetuo retinenda. Constituit autem, ut quicunque
Dominus postmodum eandem civitatem hereditario jure possideret eo
decedente, quisquis inter heredes ipsius senior extiterit dominium ejus-

(a) Personatis, id est, dignioribus, honestioribus.

dem civitatis obtineret. Dedit autem pacem & securitatem itineris omnibus forum ejusdem civitatis adeuntibus hoc promittens. quod quicunque sua spoliatus fuerit. si predonem nominatim exprimeret aut reddi ficeret. aut ipse persolveret. Burgensibus suis in omni jurisdictione sua thelonium condonavit. Quicunque friburc burgensis fuerit volens inde recedere, rerum & corporis usque in Medium Renum & per totum sui comitatus ambitum securum debet habere *ducatum* (*b*) Domino conducente. Dominus dabit ecclesiam Sacerdoti, quem burghenses communiter elegerunt. Plebanus Sacrificia habere non debet, nisi de communi civium voluntate sumptum. Ad hoc ministerium procurandum, Scultetum, Lictorem, pastorem, quem burghenses annuatim elegerunt, Dominus ratum habebit & confirmabit. Thelonearius omnes pontes ad vallum civitatis pertinentes parare tenetur, & quicquid pecoris in eis amissum fuerit, ipse persolvet. Haec autem sunt jura thelonearii. De equo *III.* den. de mulo *XVI.* den. de asino *VIII.* den. de bove *I.* den. de cute obl. de' porco obl. de *berna* (*c*) obl. de quatuor ovibus *I.* den. Totidem capré *I.* den. de *souma* (*d*) vini quo hic emititur, obl. de *souma* salis obl. de *souma* frumenti *I.* den. de Centenario aruiné *III.* den. de centenario depi (*e*) *III.* den. de centena-

(*b*) *Ducatum*, id est, *conducētum*, ficher Geleit.

(*c*) *De berna*, id est, *de verre*, five porco non cafrato.

(*d*) *Souma*, alias *Sagma*, onus jumenti *clitellarii*.

(*e*) *Sepum pro Scum*, Schmer.

rio plumbi puri den. De centenario plumbi, quod dicitur *malterbli* (f) obl. *Qui solvit libram cum flagno : cum pipere : cumino : thure : laureis.* dabit IIII. den. De cera similiter. De oleo similiter. De *vestibus* similiter. De pellibus ovium, caprarum, & hircorum similiter. De Sale, quod adducitur similiter. De calibe similiter. De *rakisen* (g) similiter. *Ein Schoubferri* (h) I. den. Numerus de allec (i) I. den. Pondus Lané I. den. De quatuor equis extra civitatem euntibus I. den. de pane qui vendendus in sportis educitur I. den. In fassis eductus obl. Alienus de vase vini quod dicit in civitatem si simul vendit IIII. den. Si vendit ad tabernam. *de libra dabit IIII. den.* De omni genere mali equus dat den. asinus obl. Omne genus leguminum & nucum *maltarum* I. den. Equus cum rapula (k) den. Afinus obl. De plastrata feni, straminis, *circorum, menorum,* (l) den. Plastrum novum quatuor rotarum den. due rotæ obl. Souma mellis IIII. den. De centenario cupri IIII. den. *Melius* (m) thelonium dabit quilibet in hac civitate. Monachus seu Clericus vel ministerialis Domini non dabunt thelonium in civitate. Qui servat publicam libram burgenſi gratis concedat. Si

(f) Hodie *Stangenbley*.

(g) Grobes Eisen.

(h) Fasciculus ferri, *Schieneisen*.

(i) Numerus Halecum, scil. 120.

(k) Rapula à rapa.

(l) *Macn*, Magfamen.

(m) *Melius* pro medium thelonium, den halben Zoll, quod hodieque Friburgi in usu est, ubi cives nonnisi dimidium thelonium respectu extero rum persolvunt.

melius *vadium* ponit, videlicet tres solidos valens, quod si negaverit, si convictus fuerit testibus, quamdiu non satisfecit, nullum jus in Civitate habebit. Si autem conquerens probare non potest, quod ipse sibi libram negaverit ille juramento se non esse reum demonstrabit, & interea cum hoc non fecerit, quilibet dabit & suscipiet cum libra qua voluerit, & nulli satisfaciet. Ipse autem illi cui libram negayerat plenarie restituet. si quod exinde dampnum se legitime probaverit accepisse : si autem concesserit & mercedem acceperit, si convictus fuerit, gratiam amisit Domini. Extraneus dabit obl. de omni centenario. Quilibet burgensis libram si vult habeat. cum qua concivibus suis & non extraneis ponderare debet. Quicquid emitur ab extraneo vel venditur extraneo, cum publica libra debet ponderari. Omnis mensura vini, frumenti, & omne pondus auri & argenti in potestate XXIII. Consulum erit, & postquam ea equaverint, uni eorum, cui visum fuerit, civitas committat, & qui postmodum majorem vel minorem habuerit, furtum perpetravit si vendit aut emit per ipsam. Omnis burgensis hujus civitatis est *genoz* possessionis cuiuslibet, si eam sibi forte voluerit comparare, nec de bonis suis dabit ullo modo jus advocatiæ : ante festum sancti Martini XIII. noctes. & XIII. post. nullus carnifex bovem aut porcum emere presumat, nisi quem in macello coram se secare voluerit ad vendendum, quod si transgreditur jus civitatis infregit. Qui proprium, non obligatum, valens marcam, in friburc habuerit, burgensis est. Quicunque carens herede legitimo friburc moritur. omnia sua bona XXIII. consules diem & annum in sua tenebunt potestate : si intra tempus hoc aliquis cum testimonio venerit idoneo. quicquid defunctus reliquit.

unus heres plenarie possidebit. Si autem nullus heredum suorum venerit. una pars pro remedio animé sué. altera Domino. tertia dabitur ad munitionem civitatis. Omnis mulier est *genoz* viri sui in hac civitate; & vir mulieris similiter. Omnis quoque mulier erit heres viri sui. & vir similiter erit heres illius. Burgensis quilibet uxore sua vivente de omni possessione sua quod vult disponit. si alter eorum moritur. de proprio & hereditate sua nichil facere potest, nisi famis eum necessitas urgere ceperit. & illam necessitatem juramento probabit. si autem aliquis heredum necessaria sibi ministrare voluerit. de rebus suis non habebit disponendi potestatem. Si burgensem vel uxorem ejus relictis pueris mori contigerit. postmodum uno puerorum mortuo. alter in hereditate sibi succedet. nisi prius inter eos bona fuerint divisa. tunc pater aut mater hereditatem habebit. Alienus extra civitatem existens, si rem in civitate positam emerit a burgensi, medium theloni partem dabit. Quotquot uxores quilibet burgensis habuerit. filii cuiuslibet matris bona ipsius hereditate possidebunt. Puer sub patris vel matris constitutis imperio. quamdiu sui juris non. nichil de rebus suis per ludum vel aliquo potest modo expendere. Si autem fecerit. patri vel matri reddendum est de jure. & si quis mutuum sibi dederit. de jure sibi nunquam persolvetur. Nullus *infra XII. annos* constitutus testimonium ferre. nec sibi nec aliis professe poterit vel obesse. nec infringere potest jus civitatis. Si quis in extremis positus. liberos suos alicui commiserit. & ille mercedis gratia malefecerit eis. si testibus convincitur. corpus erit burgensem. & bona Domino sunt adjudicanda. & qui post illum proximus eis a patre fuerit. Curam eorundem geret puerorum. & eos usque *ad XII. annos* & amplius donec bona sua non poposcerint in cura sua retinebit.

Si quis burgenfis uxorem alterius conviciis provocaverit. X. libris emendabit. si testibus convincitur. Nullus hominum vel ministerialium Domini in civitate habitabit, nec jus habebit burgenfum. nisi de communione civium consensu. ne quis burgenfum illorum *testimonio* possit offendit. nisi Dominus civitatis liberum eum dimiserit. Si burgenses inter se rixati fuerint. non sunt cogendi ad faciendum querimoniam. nec Dominus vel Judex civitatis debet ullo modo super hoc movere questionem: si autem alter eorum Domino vel judici conquestus fuerit. & post mortem in manifesto querimoniam occulte reconciliati fuerint. si judex reconciliationem improbaverit occultam. compellere poterit eum si vult ad querimoniam peragendam. Omnes autem qui reconciliationi facte presentes intererant. gratiam Domini perdiderunt. Nullus extraneus testis erit super burgensem, sed tantum burgenfis super burgensem. Omne testimonium duobus idoneis testibus est producendum. & hoc de visu & auditu. Si super aliqua Sententia fuerit inter burgenses orta discordia ita quod una pars illam vult tenere sententiam, alia vero non. ex XXIII. consulibus duo non simplices burgenses super ea Coloniam appellabunt si volunt: & si cum testimonio Colonensium reversi fuerint: quod vera sit sententia. pars contraria reddet eis expensam omnem quam fecerunt. si vero Colonensium judicio non obtinebunt sententiam, ipsi damnum ferent & expensam. *Burgenfi licet* vendere vel dare uxore sua vivente quicquid possidet. Si quis burgensem in propria area vi invaserit. vel temere domi quesierit: quicquid ei mali fecerit. non emendabit. Extraneus cum burgenfi duellum non faciet. nisi sit de voluntate burgenfis. Si quis irato animo infra civitatem aliquem die vulneraverit. si duobus idoneis testibus convictus fuerit, manu truncabitur: si

vero occiderit. decollabitur. si autem nocte contigerit. vel in taberna nocte sive die duello convincendus erit. ea de causa , quia taberna nocti assimilatur propter ebrietatem. si autem accusatus predictorum testium testimonium non acceptaverit. cum altero testium duellum inire sibi licebit. Si homicida aufugerit. domus ejus funditus destruetur. & per annum integrum inedificata manebit. post revolutionem anni heredes ejus si voluerint destructam domum reedificabunt. & libere possidebunt. impensis tamen prius Domino LX. Solidis. Predictus vero reus si postmodum in urbe capietur. statuté pené subjacebit. Si burgenfis burgensem depilaverit in civitate. vel percusserit. vel temere ad domum suam acceperit. vel eum ceperit. vel capi fecerit. gratiam Domini amisit. cetera judicia sunt causidici. Si duo cives se invicem capillaverint. qui auctor fuisset testibus convincitur. *alter vero non.* Si burgensis extraneum percusserit vel depilaverit. LX. Sol. emendabit. Si duo burgeneses amici civitatem exierint. & inter se altercati alter alterum capillaverit. vulneraverit. vel occiderit. auctor pro satisfactione III. Solidos causidico dabit. Si vero inimici urbem exierunt. & se invicem capillaverint. vel percusserint. vel alter alterum occiderit. si convinci potest idoneis testibus. eadem pena ac si in civitate contigisset puniatur. Si duo burgeneses amici civitatem exierint. & inter se altercati sine concordia separati fuerint. si postmodum antequam in civitatem reversi fuerint. alter in alterum maligne insultum fecerit. eadem pena ac si in civitate fuerit. puniatur : Omnis qui venit ad hunc locum. libere sedebit. nisi fuerit proprius alicujus. & confessus fuerit dominum. tunc Dominus relinquet aut deducet eum. si vero Dominum negaverit. Dominus septem proxim-

proximis cognatis suis probabit eum esse ejus. & tunc habebiteum. Qui cumque in hac civitate diem & annum nullo reclamante permanserit. secura de cetero gaudebit libertate. Orta seditione. si quis tumultum audierit. & armatus illuc venerit. penam non subibit. si autem auditio tumultu non armatus venerit. & postea domum rediens rursum cum armis venerit. & de hoc convictus fuerit. gratiam Domini amisit. Si civis convivem suum in extraneo judicio persequitur. ea quæ amittit apud extraneum judicem. ipse sibi reddere tenetur. & postea judici suo tribus solidis emendabit. sed si fecerit eum capi. gratiam Domini amisit. Si extraneus civem fugaverit. vel vulneraverit. si civis prius notificaverit judici. & si postea extraneus in civitatem venerit. quicquid ei mali civis intulerit. nullam apud judicem super hoc penam sustinebit. Si civis extraneum in judicio pro debito convenerit. judex eum sex Septimanis in expensa sua reservabit. si expensam per se non habeat. & hoc dico si debitum non negaverit. post quos dies judex creditorem datis sibi tribus solidis reddet. accepta competenti ab eo cautione. quod nullum inferat malum debitori. Si quis res alterius dat vel vendit vel obligat. eo presente nec contradicente : si postea contradicit. nichil ei valebit. Nemo rem sibi quoquo modo sublatam repetere vel sibi vendicare audeat. nisi juramento probaverit. eam sibi furto vel preda fuisse sublatum. Si autem is in cuius potestate invenitur dixerit. se in publico foro non profurato nec pro predato ab ignoto emissè : cuius etiam domum ignoret. & hoc juramento probaverit. nullam penam subibit. si vero a noto sibi se emissè confessus fuerit X IIII. diebus eum querere sibi licebit. quem si non invenerit & werandum suum non attulerit. penam latrocinii susti-

Cod. Dipt.

H

nebit. Quicumque sive iudex sive civis aliquis quempiam sine sententia in civitate ceperit. non autem furtum vel falsam monetam apud eum invenerit. gratiam Domini amisit. *Burgenis habens dominum cuius fateatur esse proprius. cum moritur. uxor ejus predicto Domino nihil dabit.* Si quis gratiam Domini amiserit. sex septimanis rerum & corporis *infra* villam & extra pacem habebit. & de bonis suis extra civitatem pro voluntate sua disponet. Res autem mobiles vel immobiles & domum suam infra civitatem non licet ei vendere vel obligare : ut si infra dictum terminum gratiam Domini non meruerit. per domum propriam. & alia in civitate reperta cogat eum gratiè suè reformari. Si vero Dominus ultra montana transferit. usque ad redditum ejus pacem habebit. Burghenses non tenentur ire cum Domino in expeditione. nisi iter unius diei. ita tamen ut unusquisque sequenti nocte possit ad propria remeare. Si quis autem alterum in eadem expeditione quoquo modo lesserit. tamquam in civitate factum puniatur. cum vero predicta expeditio communiter precipitur. quicumque civium audierit. & non exierit nisi legitimam causam pretenderit. domus ejus funditus destruetur. Si quis bonum quod in vulgari dicitur Erbe. alicui obligaverit. ille cui obligatur certus est in pignore. quamdiu alter eorum inde jura dederit. *si vero iuria inde cedentia* neuter dederit. bonum in Domini jure redit potestatem. Si domus alicujus in civitate arserit. quamdiu censum & collectam & alia jura non supersederit. jus burgenium non amisit. si autem alter *curtim* emerit. burghensis inde non erit. nisi superedificet. *Si burghensis vadens in provinciam.* extraneum percusserit vel capillaverit. & extraneus in civitatem veniens conquestus fuerit. nullam satisfactionem erit habiturus. *Quicumque extraneo rerum suarum aliquid acceperit.* pro eo

quod domum in civitate sibi comparaverit, gratiam Domini amisit. Quicumque mulierem post mortem mariti sui coegerit, vel accipere virum, vel esse sine viro, jus civitatis infregit. Si quis domum alicujus intraverit, ex quo sibi semel introitum interdixerit, quicquid ei postmodum ab hospite domus acciderit, nullus ei emendabit. Si filius burgen sis concivis sui filiam occulte dilexerit, & cum ea concubuerit, & hoc manifestatum fuerit, si judicio burgenium possilitas inter eos visa fuerit contrahendi, contrahere compellantur. In duello tam ille qui impedit, quam ille qui impetratur, si vixus fuerit, pari pené subjacebit. Duellum autem non debet fieri nisi pro sanguinis effusione, vel pro preda, vel pro morte, cum autem aliquis sanguinolentus efficitur, si conqueri vult pulset campanam, ad cuius sonitum XXIII. venire tenentur, qui lesum lavabunt, & si fuerit ibi plaga sanguinis, reus pene supradicte subjacebit. Sin autem: id est, si plaga sanguinis inventa non fuerit, ille qui pulsaverat rei penam sustinebit. *Quilibet XXIII. Consulum. XII. d.* de curti sua retinebit; nec stabunt in judicio pro quacumque causa satisfacturi, nisi pridie facta fuerit eis ore ad ostenditio, nisi jus civitatis infregerint. Quilibet consulum debet habere bancum unum sub tribus Lobijs qui per juramentum a prima fundatione Civitatis sunt institute: uno vero consulum mortuo qui in ejus locum succedet, eundem bancum possidebit. Sunt autem tres lobie: inferiores macelli, Lobia prope hospitale. Banchi panum (*n*) apud forum pincium. Consules autem possunt decreta constituere super vinum, panem.

(n) Brodbänke.

& carnes. & alia. secundum quod universitati civitatis viderint expedire: & quicunque super hijs juraverint. si forte infringunt. honorem suum amiserunt. & bona eorum publicabuntur. Si autem Dominus infringit. jura neglexit Civitatis. & quocumque modo decretum factum fuerit. ita debet accipi. & quotiens infringitur. totiens accipiatur. (o)



Sigillum ex cera rubra, appensum ferico rubro, in medio, quo
duæ membranæ colligatae sunt.

Longitudo duarum membranarum, quæ consutæ sunt filo, III. pe-
dum VII. pollicum est. Latitudo I. pedis regij & V.
pollicum.

Character scripturæ ex ipso seculo XII. est. Diphthongi ubique
comparent. Vocalis *e* in fine vocum semper caudata est
inferius.

(o) Hic incipit sanctio legum ac jurium totius membranæ.

XXVI.

CHARTA TRANSACTIONIS DE LIMITIBUS INTER
ABBATIAM S. PETRI ET INTER CELLAM, CANONICORUM
REGULARIUM MONASTERIUM.

A N N O M C X X I.

Ex Monasterio S. Petri.

In Nomine Domini nostri Jesu Christi taliter facta est concordia, & confirmata inter Monachos Cœnobij S. Petri de monte, & Canonicos de Cella sanctæ semperque virginis Mariæ de terminis locorum, in quibus in nigra sylva commorantur. Anno ab Incarnatione Domini M. C. XXI. Epact. nulla, concurrente vero Indict. XIII. Luna XVIII. quarto Non. Aug. in præsentia venerabilis Vdalrici Constantiensis Episcopi, & *Ducis Bertholdi*, & D. Brunonis & aliorum Principum scil. Dom. *H. Marchionis*, Friderici de Woluahe, *Conradi de Zaringen* generis comitis Berth. cum quidam terminos per convallies circa capellam S. Nicolai extendere vellent. tandem communis assensu utrarumque partium omniumque judicio principum, ut expulsa omni controversia diabolicarum infidiarum vera pax Christi inter eos firmaretur. fratres de Cœnobia S. Mariæ S. Petro duo beneficia 4. solidos in tributo pendentia concesserunt. Monachi autem de S. Petro B. semperque virginis Mariæ usque ad cacumina montium ubi etiam planities æqualiter inter

eos divideretur nihilominus benevole fuos terminos extendere permis-
runt. Nunc igitur ut replicem, per crepidinem montis a diruto Castro
Wisenegge usque ad magnam vallem, in cuius extremo S. Margaritæ
silvacensis Monasterium situm est planicie per medium divisa certi ter-
mini utrinque designantur. Domino Episcopo pro authoritate a Domi-
no sibi concessa confirmante, & ne ulterius mutaretur contradicente.
Christo vero regnante, & ad latitudines regni cœlestis nos vocante, cui
est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.



XXVII.

EXCERPTA EX EPISCOPI SPIRENSIS CHARTA SU-
PER ECCLESIAM BACKNANG.

A N N O M C X X I L

Ex Besoldi Thesauro pract. in voce Baden p. 73.

Ego Bruno Episcopus justis petitionibus votisque piis & divina in-
spiratione conceptis desideriis *Hermannii Marchionis* annuens con-
cessi, ut in Ecclesia S. Pancratii Martyris instructa quam ipse & *uxor*
eius Juditha, ipsiusque parentes prædiis & decimis ditaverunt, paupe-

Nota. Charta hæc non amplius extat in Tabulario Episcopatus Spirensis.

res Christi canonicos, secundum regulam B. Augustini, communem vitam ducentes collocaret &c. Anno Dominicæ incarnationis MCXXII. Indict. XV, XIII. Kal. Martij.



XXVIII.

CALIXTI II. PAPÆ LITERÆ AD ABBATEM MONASTERII GOTTESAUGIÆ.

A N N O M C X X I L

Ex autographo Archivi Bada-Badenfis.

Calixtus Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Burchardō Abati Monasterii S. Mariæ, quod in Spirensi Parochia, in loco qui *Godesawa* (a) dicitur, situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Officii nostri nos hortatur auctoritas pro Ecclesiæ statu fatagere, & quæ recta statuta sunt stabilire. Siquidem illustris Vir *Bertholdus*, Comes de *Hohenberg* beatæ Mariæ Monasterium, cui dilecte in Christo fili præfides, in prædio suo, in loco, qui Godesawa dicitur, propriis constructum sumtibus beato Petro ejusque Roma-

(a) De Monasterio Godesaua vid. SPANGENBERG in *Chron. Hennebergi*, Cap. 24. qui fundationem ponit ad A. 1010.. TRITHEMIUS in *Chron. Hirsaug.* Tom. I. pag. 270. (Edit. S. Galli 1690,) ponit ad 1110,

næ Ecclesiæ sub censu annuo unius Spirensis Monetæ denarii obtulit, & nos ergo ejus devotionem laudabilem perpendentes & tuis precibus annuentes, oblationem ipsam ad honorem Dei & beati Petri, Apostolorum Principis, cum omnibus ad eam pertinentibus, protectione sedis Apostolicæ communimus, statuimus enim &c. Ego Calixtus Catholice Episcopus ecclesiæ laudans. Datum Laterani per manum Grisogoni, sanct. Rom. Eccles. Card. ac Bibliothec. VIII. Kal. April. Indict. XV. Incarnat. Dominicæ Anno MCXXII. Pontificatus autem Domini Calixti secundi PP. Anno III.




X X I X.

EX ROTULO MONASTERII S. PETRI.

A N T E A N N U M M C X X I I .

H einricus de Owon curtem suam cum domo & omnibus quæ ibi possebat. S. Petro donavit in presentia Domini sui *Ducis Bertholdi tertii & fratrī ejus Domini Conradi.* Audientibus quoque his liberis hominibus. Conone de Kunringen & filio ejus Conone. Walthero de Horwan. Ratzone de Riethusen. Harperto de Wilheim. Gerungo de Alvet. Livcilino de Ufhusen. & de familia Ducis. Conone de Blanckenberc. Reginhardo de Wilare. & alijs quam plurimis.



XXX.

XXX.

EX ROTULO MONASTERII S. PETRI.

ANTE ANNUM MCXXIII.

Adalbero de Adalhusen tale preedium quale visus est habere apud ipsam villam beato Petro tradidit. Aderant huic traditioni *Dominus Conradus. Frater Bertholdi Ducas. Erkenboldus de Hahperch. Conradus de Buchheim. Erkenboldus de Vorcheim. Heinricus de Dietfort. Waltherus de Wilheim.*



XXXI.

NOTITIA CONCAMBII BONORUM INTER ECCLESIAM S. PETRI ET HUGONEM DE CASTELLO MILITEM.

ANNO MCXXVII.

Ex Rotulo San-Petrino.

Notandum diligenter & nostratum memoriae commendandnm concambium quod inter Ecclesiam nostram & quendam militem de familia Ducis Hugonem de Castello cella dictum. per manum ejusdem

Domini sui CONRADI DUCIS & *advocati nostri* confirmatum est. Pre-dium namque apud *Motrisheim* quod frater suus Reginboto pro salute animæ suæ cum uxore sua. G. & filiis S. Petro donaverat. nec non & mansos suos apud *Stettin* quos idem Hugo post obitum suum nobis obtinen-dos tradiderat illi concessimus, nosque ab ipso quicquid apud villam *Teiningen* à Domino suo Duce sibi traditum seu prestitum possederat. omnino nihil exceptum. in commutationem antedictorum allodiorum accepimus in eam rationem. ut ab ipso die omni tempore habendi, te-nendi, commutandi, vel quicquid de ipsis rebus ad nostram utilitatem cupimus. liberam in omnibus potestatem faciendi habeamus. Quam vi-cariam commutationem non solum ipse Hugo. verum etiam uxor ejus Guta. sed & filius ejus Hugo confirmaverunt. Anno Dominicæ Incar-nationis M C V I I I. (a) apud *castrum Zaringen*. X. Kal. Apr. die vene-ris. presentibus & hoc factum videntibus his nobilibus hominibns. A-dalberto de Stüzzelingen. Heinrico de Hardegg. & fratre ejus Wernhero. & aliis de Familia Ducis quam pluribus.

(a) Annus hic non quadrat cum Conrado Duce, qui a. 1123. demum fratri Bertoldo III. successit. Suspicamur itaque numerum vicenarium omis-sum, adeoque Chartam ad a. 1128. reponendam esse.

XXXII.

NOTITIA FUNDATIONIS MONASTERII BACKNANG.

Ex Chronico Mff. monasterii Backnang.

Dies iste ab inveterata observantia seu consuetudine festiviori cultu celebratur ob memoriae victoriosum triumphum ab Hermanno fratreque suo Rudolpho, Ecclesiæ nostræ reparatoribus, hoc die gloriose quondam obtentum. Cum namque anno a nativitate Domini 1116. tempore Paschalis Papæ II. ab *Hermanno Marchione Badensi* divinitus adspirato in villa sua Backenang pia fundatione fundatum esset monasterium Ordinis S. Augustini & in honorem Dei gloriosæque virginis Mariæ, nec non sanctorum Augustini, præcipue autem Pancratii martyris laudem & gloriam perennem dicatum, deinde vero A. 1134. a filio suo juniore *Hermanno*, tam virtutum quam nobili successore Lothario, qui S. Bernardi Abbatis consortio plurimum delectabatur, Romanorum fasces tenente, ampliori dotatione suisset dotatum, posteaque ab eodem A. 1135. paternæ fundationis atque donationis primariæ traditio, in perpetuam subsistentiam, præsente Sigefrido Spirensi Episcopo confirmata foret; multis abhinc calamitatibus monasterium ipsum vexatum extitit & à sacrilegis tyrannis nefandis ausibus misere invasum, specialiter autem circa annum Domini 1236. principante *Hermanno* hujus nominis post fundatorem tertio, hoc idem monasterium ab irruentibus cru-

delibus devastatum esset & fere totum collapsum atque absumptum, ita ut factiosi hujusmodi omnis humanitatis seu pietatis expertes severissima immanitate in religionis etiam ipsius patres & Canonicos graffarentur, plurimos eorundem una cum prælato præposito horribiliter trucidantes. Mortuo autem post hæc Hermanno jam dicto A. 1243. dum superstitione pupillorum *Hermannii & Rudolfi* fratrum patrii fines hostilibus invasionibus seu incursibns impeterentur, nonnullaque oppida & villæ intra districtum marchionatus igne & gladiis latrocinando profligarentur depopularenturque, ipsi tandem hodierno die campestri bello viriliter decertantes expugnando hostes devincendo gloriose captivarunt, haud dubium intercessione Ephœbi scilicet invictissimi martyris S. Pancratii militum Rom. sanguine prostati, cujus implorato suffragio proeliantes votum voverunt suo nomine & honore perenni diruptum hoc & desolatum monasterium sese innovando reparuros. In hujus itaque celebrem memoriam mentibus etiam posteriorum nullatenus evanescendam, dies iste, nec mirum, solenniori officio agitur pro laude Dei & gratiarum actione, qui præstita sua virtute in manu patronorum præmissorum hostes stravit & jacentis monasterii culmina pro honore S. Pancratii denuo assurgere & erigi fecit.

XXXIII.

COMPOSITIO · INTER ABBATIAM S. BLASII ET
CLERICOS SECULARES, DE BURGLENSI ECCLESIA,
PER EPISCOPUM CONSTANTIENSEM
CONFIRMATA.

A N N O M C X X X.

Ex Tabulario San - Blasiano.

Odalricus, gratia Dei Constantiensis Episcopus, dilecto filio Bertolfo Abbatи coenobii S. Blasii, ejusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum. Quoniam pontificalem ad hoc suscepimus curam, ut quae religiosa sunt, & bona, propagemus; id juxta vires divinitus acceptas exequi rationis est. Agnoscat igitur omnis, tam praeſens ætas, quam futura posteritas, qualiter servitium Dei, ipso opitulante, in loco Burgulun auxerimus, & qualiter in eodem loco prius unius officio clerici contento monastica sit instituta religio. Felicis memoriæ fratre nostro Heribortone carnis ergastulo vocatione divina edeto, Bertolfus Abbas de S. Blasio, monachos suos ad eundem locum direxit, qui ibi congrua Deo exhiberent obsequia. Quae res, quia non nullis clericorum displicuit, crebras hac de causa querimonias in præ-

Nota. Extat hæc charta ap. HERRGOTT Cod. Diplom. Genealog. Habsburg.

Num. 211. sed mutila.

decessoris mei sanctæ recordationis Odalrici Præfulis præsentia commoverunt, quas idem antecessor meus terminare desideravit, ea ratione ut nec novella religionis plantatio eradicaretur, nec ex toto clericorum votis contradiceretur; sed optata morte præventus potiri non potuit effectu. Moguntinus ergo Archiepiscopus, pro hujus decisione litigii ab eisdem fratribus rogatus, præcepit atque rogavit nos, ut huic rei finem imponeremus, hoc pacto; quatinus & monachorum ibi perfisteret conversatio, & fæcularibus ministraret clericus. Eapropter secundum præceptum petitionemque Archiepiscopi, nec non etiam usi consilio fratrum nostrorum, Heinrici de S. Udalrico, Alewici Præpositi de S. Stephano, Wolframi, Hugonis, Heinrici, Adelberonis, aliorumque quorumdam, Diemoni Archipresbytero, & Herimanno Decano, negotium illud commisimus, rogantes ac præcipientes, ut assumptis, quoscumque vellent, de fratribus suis, rem totam, sicut diximus, diffinirent. In villa igitur *Liela* convenientes ex parte nostra Diemo Archipresbyter Herimannus, Udelmarus Decani, Rostenus de Chilichovin, Eberhardus de Scopfhein, Constans de Brizzinchovin, Burchardus de Liela, Otto de Badin: Ex parte Abbatis Adelbero Prior, Odalricus, Wernherus, Wipertus, Wernherus, fratres de S. Blasio, ut stabilis pacis concordia inter fratres firmaretur, tale pactum inierunt; quod videlicet montem Burglon monachi cum decimis obtinerent & quicquid prædii vetus Ecclesia habuit *Bicinun*, *Sitzinkilcha*, *Feltperch*, *Hertinhkein*, *Bamenacer*, & decimas in monte *Bicinum*; Item decimas Rinwilere præter illas quas dant mancipia S. Blasii & S. Albani, item mancipia cum omni jure præter hoc, quod accipere debet clericus casu si quis tributarius moritur. Reliqua omnia quæ fuerunt veteris Ecclesiæ, Clerico fer-

virent & nova Ecclesia constitueretur *Eckingen* in prædio Sti Blasii ad priorem Ecclesiam jam pertinenti , & hæc Episcopo ibidem servitum, quod prior exhiberet, & Parochianis eandem curam, quam & prior impenderet; in baptizando, in sepeliendo, & in cætetis omnibus quæ justæ exigebantur a priore. Constitutum est etiam , quod Abbas pro his rebus, quæ monachis deputatæ sunt, tantum de prædio Sti Blasii quod ad priorem Ecclesiam nullatenus attinebat , legitimo concambio daret, quantum sufficere viderentur, Ditmaro Archipresbytero cæterisque quorum ipse super hoc negotio uti voluisse confilio. Quapropter ea, quam diximus, commutatio perpetrata est apud *Ekkinheim*, præsentibus & affensum dantibus D. Archipresbytero Gerungo de Blansingen, Ludewico de Ekkenheim, Joanne de Ouchheim, Odalrico, Wernhero, Gerungo, Hugone, Wiperto, fratribus de S. Blasio : Rodolfo de Badin, *advocati CONRADI* scilicet *DUCIS* legato. Anselmo de Bueginin, & omnibus fere parochianis. Omnibus ergo hoc modo terminatis, cum Rex Lotharius, multique procerum, videlicet Ansericus Bisuntinus Archiepiscopus, Bruno Argentinensis Episcopus, Otto Halverstattenfis Episcopus, Roldus Augensis Abbas, Bertolus Morbacensis Abbas, **CONRADUS DUX DE ZARINGIN, HERIMANNUS MARCHIO DE BADIN**, aliquæ complures Basileæ convenissent, Diemo Archipresbyter, & Adelbero prior de S. Blasio, ad nos accedentes rogaverunt; ut quæ facta fuerant, ab auctoritate nostri officii vires firmitatis acciperent. Proinde nos filiorum nostrorum quieti unitatique in posterum prospicientes, Mogontini Archiepiscopi Apostolicique legati jussis ac rogatui acquiescentes, auditam pacis compositionem episcopali potestate confirmavimus. Nulli ergo monachorum, seu clericorum, liceat ulterius aliquid ex his, quæ al-

teri parti debentur, suo juri vindicare; sed utraque pars illis, quæ in hac sibi concessa sunt divisione, omnino contenta permaneat. Et ut hæc nostræ auctoritatis confirmatio incorruptum stabilitatis suæ vigorem obtineat, hanc cartam scribi jussimus, propriaque manu corroborantes, imaginis nostræ sigillo munivimus. Si qua igitur major minorve persona hanc nostræ confirmationis paginam agnoscens, hanc infringere seu violare attemptaverit, Divinæ pacis expers fiat; omnibus autem eam diligentibus, atque conservantibus, & pax a Domino hic relinquatur, & pax in futuro plena donetur. Amen. Amen. Data VI. Idus Februarii, feria VII. anno ab Incarnatione Domini MCXXX. Indictione VIII. Anno Regni Lotharii V. Actum Basileæ feliciter. Amen.



XXXIV.

DIPLOMA LOTHARII II. IMP. DATUM PRÆPOSITURÆ TURICENSI.

A N N O M C X X X .

Ex Tabulario Turicensi.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Lotharius Tercius
divina favente Clementia Romanorum Rex. Omnibus Christi no-
strique fidelibus, tam futuris quam presentibus notum fieri volumus,
qualiter

qualiter nos rogatu & petitione Principum nostrorum Anserici videlicet Bisuntiensis Archiepiscopi, Brunonis Argentinensis Episcopi, Ottonis Halverstadiensis Episcopi, Bertoldi Basiliensis Episcopi, Ruodulfi Augensis Abbatis, Wigrammi Fabariensis Abbatis, Bertolfi Morbacensis Abbatis, Tisintini Everardi Abbatis, Cuonradi Ducis de Zarenche, Hermanni Marchionis de Bathen, Ruodulfi & Vodelrici Comitum de Lentzenburhc, Sigeberti Comitis de Alsatia, Hulherici Comitis de Hengensheim, Volmari de Hunenburche, Bertolfi Comitis de Nuenburhe, Wernerii Comitis de Dirstein, jura & leges, quas Predecessores nostri Reges & Imperatores Karolus & Ottones, Cuonradus & Heinrici Præposituræ nostræ in honorem venerabilium Martyrum Felicis & Regulæ in loco Turego constructæ dederunt & privilegiis suis confirmaverunt, nos quoque ob salutem animæ nostræ easdem leges damus & nostro etiam privilegio confirmamus, scilicet ut liberam facultatem in claustro suo habeant eligendi Præpositum, & ut res illorum sine dominio alicuius personæ liberæ serviant, & ut regii fiscalini Turegienses justiciam, quam ab antecessoribus nostris antiquitus habuerunt, firmiter & inviolabiliter teneant & undecunque velint uxores ducant & in nostro servicio permaneant, & ut nulli liceat aliquem de familia illorum Tributarios five beneficiarios alicui in servitutem dare, vel aliquo modo subjugare. Hoc etiam firmiter precipimus, & Imperiali auctoritate fancimus, ut advocatum nullum habeant, nisi unum, qui si forte aliquem alium sub se locaverit, ille privatus honore suo Advocatia illa perpetuo careat, & ille Subadvocatus bannum a Rege vel Imperatore percipiat. Hoc etiam omnes scire volumus, quod idem Advocatus curtes fratrum

Cod. Dipl.

K

nullo modo intrare debet, nisi communiter a fratribus invitatus, quia de feudis & aliis rebns ejusdem Ecclesiæ, hac conditione est inbeneficiatus. Si quis vero forte quod absit hujus nostri Præcepti paginam infirmare vel infringere temptaverit, centum libras auri componat, medietatem Cameræ nostræ & medietatem supradictæ Ecclesiæ & Canonicis. Ut autem hoc verum esse credatur & ab omnibus observetur, hanc Cartam manu propria corroboratam in pressione nostri Sigilli insigniri jussimus.

Signum Domini Lotharii
tertii Dei gratia (Locus Monogrammatis) Romanorum Re-
gis invictissimi.

Ego Thietmarus Regis Notarius vicem Adelberti Archicancellarii recognovi.

Data VIII. Idus Februarii Anno Dominicæ Incarnationis
Millesimo C. XXX. Indictione VIII. Anno vero Regni Domini Lotharii
tercii Dei gratia Romanorum Regis nobilissimi quinto. Actum Basileæ
feliciter. Amen.

XXXV.

CHARTA FUNDATIONIS MONASTERII FRIENIS-
BERG IN HELVETIA.

A N N O M C X X X I.

Ad rerum gestarum memoriam conservandam, quæ pro animarum remedio devoté a fidelibus gesta sunt, cartæ præsentis Attestatione fideli nostræ posteritatis notitiæ transmittere curavimus; Notum ergo fieri volumus tam futuris quam præsentibus, quod ego Udelhardus Comes dictus de Seedorff, & uxor mea Adleidis, laudante matre mea Chunzza obtulimus pro remedio animæ nostræ, parentumque nostrorum & filiorum, omnipotenti Deo, & benedictæ Dei genetrici Mariæ, liberum ac proprium juris nostri allodium, Frienisberg nominatum, per præstitutos terminos, a magno lapide Grisio juxta viam, quæ dicitur Chazzunstaga, per ascensum ipsius montis, totum latus verlus Orientem, per viam quæ dicit ad villam quæ appellatur Winterswile-re, & a supradicto lapide per alium subjacentem collem dictum Schallenberg, quicquid infra habeo summitatem ipsius montis Frienisberg contra orientem, occidentem & meridiem, ut ibi fiat Abbatia, de Ordine Cisterciensi, & sicut solent Abbatiarum talium fundatores, dedimus eidem Abbatiae omnia usualia per terras nostras, tam in plano, quam in bosco, sive ad focum, sive ad ædificium, pasturam omnimo-

K 2

dam tam animalibus & pecudibus, quam & porcis ipsorum; quod si forte damnum aliquod in pratis vel fatis, vicinorum pertinentes ad Frienisperg intulerint, pretium damni absque aliqua exactione restituerit; & ubi in nemoribus nostris novalia fecerint, libera habeant; si quis etiam de hominibus nostris vel se vel possessionem suam sœpe dicto jam loco conferre voluerit, absque ulla contradictione potestatem habebit; insuper etiam lacum potestatis nostræ in marchia Sedorf situm, libere tradidimus, ut eo utantur, nec quisquam eos infestare ibi audeat, vel absque affensu eorum pescari præsumat.

Facta est hæc donatio omni firmitate subnixa, in manu Domini Christiani Lucelenfis Abbatis, ejusque religiositati credita, ut, sicut supradictum est, Abbatia Ordinis Cisterciensis ibi Domino serviens in perpetuum consistat, Anno dominicæ incarnationis Millefimo, centesimo, tricesimo, primo, 1131. Indictione nona, concurrente VII. Sedi Apostolicæ præsidente piissimo Papa Innocentio; Regnum obtainente Luther. Constantiensem Ecclesiam Gubernante Reverendo Pontifice Udelrico. *Ducatum Burgundiae nobiliter regente Duce Conrado.* His videlicet testibus duobus plebanis Meffrido de Sedorf, Hugone de Ratoltingen, Chonone de Grenechun, Ullrico de Telsperg, Immone de Lisko, & aliis multis de nostra familia.

Sicut igitur hæc Domino inspirante, pro remedio totius parentelæ nostræ, tam præcedentis quam subsequentis donavimus, ita se perpetuo maledicto noverit innodatum, qui hac qualibet machinatione infringere tentaverit.

XXXVI.

LOTHARII II. IMP. DIPLOMA PRO MONASTERIO INTERLACENSI IN BURGUNDIA TRANSJURANA.

A N N O M C X X X I I I .

In nomine Sanctæ & individuæ trinitatis Lotharius divina favente Clementia tertius Romanorum Imp. Augustus.

Imperiali convenit Excellentiae illorum petitioni maxime condescendere, qui pauperem vitam eligentes religionis cultui operam dant, pauperibus Christi idcirco sua conferentes, ut per bona temporalia fibi mercentur cœlestia, quorum piæ intentioni cooperatores esse volentes, tam futuris quam præsentibus notificamus. Qualiter nos instinctu dilecte nostre Richinze Imperatricis, suggerentibus etiam curie nostre primatibus, Ecclesiam S. Marie virginis sitam in Laufannensi Episcopatu, in comitatu Burgundiæ (*a*) Interlacus *Madon* vulgaliter nominatam sub nostræ tuitionis Mundiburdum suscepimus, suscepitque nostra Autoritate hanc contulimus libertatem, ut ab omni investitura & exactione immunis, soli Deo quiete & libere serviens, domum orationis se folummodo esse recognoscatur. Hujus autem domus fundator Seilgerus de

(*a*) Burgundia Transjurana sensu plane singulari Comitatus Burgundiæ hic dicitur.

Oberhoven cum cœteris boni propositi cooperaroribus existens: Canoniam ibidem vitam secundum regulam S. Augustini instituit, rogans eam dedicari in honorem matris domini & omnium Sanctorum. Volentes itaque ratum esse bone inchoationis propositum, præcipiendo jubemus ut nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, nulla denique magna parvave persona, prenominate Ecclesie fratres, vel res eorum divestire, molestare, inquietare presumat; Preterea decernimus Petitioni jam dicti Seilgeri fundatori prefate Ecclesie concedere, ut sicut confratres ibidem Deo servientes, sicut liberam de constituendo sibi preposito habent electionem, ita etiam advocatum quem voluerint, eo pacto & jure assument, ne advocatio ad heredes advocati traducatur, & tali electione a preposito investitus, a rege etiam, sicut iustitia exigit, regali banno investigetur, ita tamen ut penitus ea careat, si eis malum aliquod ab eo illatum infra terminum 40. dierum secundum voluntatem eorum & *Rectoris Burgundiorum* non fuerit emendatum. Si quis autem hujus nostre confirmationis, quod non opinamur, violator extiterit, centum libras auri, medietatem Camere nostre, & mediatem prefate Ecclesie fratribus componat. Huic etiam confirmationi idoneum adhibuimus Testimonium Archiepiscoporum, Bisuntini Anserici; Horberti Magdeburgensis; Episcorum Argentinensis Gebehardi; Constantiensis Udalrici; Chunradi Curiensis; Anshelmi Havelbergensis; Abbatum etiam Ludovici Augensis; Berchtoldi Morbacensis; Ducum quoque *Conradi de Züringin*; Simonis de Lothringia; Comitum Friderici de Phirida; Friderici de Zolra; Udelhardi Hupoldi de Loupa; Præterea multi de equestri Ordine. Udalrici de Thuno, & fratri sui Warnheri; Udalrici de Erlibach, Constantini fratris suis Egelolfi de

Stevensburg; Adelberti de Hurneſeildon. Quod ut verius credatur,
ſigilli noſtri imprefſione preſentis decreti paginam juſſimus inſigniri.

Signum Domini Lotharii Romanorum
Imperatoris invictissimi. (Locus Monogrammatis.)

Data Anno incarnationis Domini Milleſimo centeſimo trigesimo
tertio, VI. Idus Novembris, Indiſtione XI.

Anno vero regni regis Lotharii VIII. Imperii vero primo.
Actum Baſileæ feliciter, Amen.



XXXVII.

HERMANNUS MARCHIO PRÆDUM SUUM IN HU-
NINGEN ECCLESIÆ S. PANCRATII IN BAGGENANC
DONO TRADIT.

A N N O M C X X X I V .

Ex Gamansiano Mſcpt.

Notum fit omnibus tam modernis quam posteris, qualiter *Marchio Hermannus* ex consensu *Berthæ* conteſtalis ſuæ prædium ſuum in Pago *Huningen* ſitum in Comitatu Adelberti, quod jure hereditario poſſederat, Eccleſiæ S. Pancratii in *Baggenanc* fratribusque inibi Christo ſecundum regulam S. Auguſtini ſervientibus pro remedio animæ ſuæ &

uxoris suæ Berthæ, omniumque parentum suorum contradidit, duobus mansis exceptis, quos Cunrado de *Wolfsfelden* & fratri ejus Ottoni in beneficium concessit. Quia vero redditus præfati prædii Bertholdus de *Ingersheimb* in suos usus pro quibusdam negotiis mancipaverat, statutum est, ut si quando Baggenacensis Ecclesia, sive per se sive per Marchionem de manibus prætaxati viri qualicunque pactione illud redimere possit, cum omni utilitate, quæ inde proveniret, libere & absque ulla contradictione possideret. Hæc autem traditio facta est anno Dom. incarnationis MCXXXIII. Indictione XII. Lotharii Regis anno IX. Adilberto Archicancellario, regente Spirensem Ecclesiam Sigefrido venerabili Episcopo, Bertholdo prædictæ Ecclesiæ Præposito. Aderant etiam de Congregatione, quando traditum est allodium, fratres religiosi & probabiles viri, qui cum cæteris afflentibus testimonium præbent hujus rei, Adelbertus, Henricus, Richardus, Ropertus, Drutmannus, Presbiteri, Wolpodo parochianus, Adelhohus acolitus, de Laicis tam liberis quam servis Bertholdus de Ingirsheimb, Conradus & frater ejus Otto de *Wolfsfelden*, Waltherus de *Othenbrugge*, Wignandus de *Grecingen*, Rogerus de *Blidolvesheimb*, Adelbertus de *Merevelt* &c. Hæc scripta sigilli nostri impressione corroboravimus, ut si quis ea ulterius infirmare tentaverit, auctoritate Apostolica & nostra vinculo anathematis obligatum se cognoscatur.

Sig. Sigifridi D. gratia Spirensis Episcopi.

XXXVIII.

XXXVIII.

CONRADI III. IMPERAT. CHARTA CONFIRMANS
CAMBIUM BURCARDI EPISCOPI BASILIENSIS
CELLÆ IN NIGRA SILVA, QUAM
S. UDALRICO CESSIT.

A N N O M C X X X I X .

Ex Tabulario Abbatiae D. Petri in Nigra silva.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Conradus Dei gratia
Romanorum Rex II. quia nostrum est Religiosorum hominum dignis
petitionibus assensum præbere, quod benignitati nostræ convenit, ea,
quæ anterioribus temporibus ad honorem Dei laudabiliter gesta sunt, ro-
borare. nos precibus servorum Christi de Cella Sancti Petri quæ pertinet
ad Cluniacensem Ecclesiam, (a) quæ sita est in *nigra silva in pago Bris-*
gonaæ, dignum duximus acquiescere. qua de re Concambium illud,
quod actum est a venerabili priore ejusdem loci, domno scilicet Voda-
rico ejusque fratribus cum Burcardo Basiliensi quondam Episcopo per
legitimam Commutationem cum idoneis testibus per utriusque Eccle-

(a) Conf. QUERCETANI (DU CHESNE) *Bibliotheca Cluniac.* p. 1742. ubi le-
gitur: „Prioratum de Sella, alias S. Udalrici in Nigra silva Dioecesis Con-
stant. ubi debent esse. Priore computato, septem Monachi & debent
ibi celebrari cotidie duas Missæ & debet fieri eleemosyna bis in heb-
domada & cotidie transeuntibus.

siæ advocatum videlicet Erluinum comitem præfatæ Cellæ defensorem;
& Seligerum eo tempore Basiliensem advocatum, presente & rogante
Basilensi præsule Ortlibo — Laudamus, & confirmamus. omnique ævo
inconvulsum & incontaminatum manere per Regiam auctoritatem decer-
nimus. hac igitur nostra confirmatione prædicti fratres certificati libe-
re sine omni contradictione possideant ea loca, quæ in eorum privilegiis
ex antiqua descriptione continentur, nec ullius hominis infestatione vel
querimonia perturbentur — si quis autem hoc tam salubre decretum ullä-
tenus destruere attentaverit auri purissimi XL. libras componat, quarum
partem dimidiam in fiscum Regium persolvat, reliquam in usum
ejusdem Ecclesiæ restituat. Aëtum M.C.XXXVIII. dominicæ incar-
nationis anno apud *Argentinam*. presentibus Reverendis Archiepiscopis,
videlicet Adalberone Trevirensi Metropolitano, apostolicae Sedis legato,
nec non Bissuncensi Archiepiscopo, aliisque Episcopis, Mettensi, Tul-
lensi, Herbipolensi, Wormaciensi, presente Duce Friderico Regis ipsius
Germano, *Duce Conrado*, *Herimanno Marchione*, Comitibus quoque *Ber-*
tulfo nostri Cenobii Advocato, Comite Hugone, Comite Sigeberto, Co-
mite Allwico, Comite Reinaldo, Comite Friderico, presente Heinrico
Argentinensi advocate, Cuonone etiam de Cunringon, Erlewino de Nu-
enburch, Teoderico de eodem Castro, Volcardo, aliisque quam pluri-
mis viris nobilibus. Eo tempore, jubente rege, principes qui aderant,
expeditionem contra Saxones Regnum commoventes juraverunt.

Signum Conradi Regis Romanorum invictissimi. (Locus monogr.)

Ego Arnoldus Cancellarius, vice Alberti Archicancellarii re-
cognovi.

XXXIX.

CHARTA TRADITIONIS ECCLESIAE IN WOLUEN-
WILARE PER VIRUM NOBILEM, ERLEWINUM DE
WOLUENWILARE, MONASTERIO S. PETRI
IN NIGRA SILVA FACTÆ.

ANNO M C X X X I X.

Ex Tabulario S. Petri in Silva nigra.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis ; Amen. Amen. Amen.
Notum fit omnibus tam præsentibus quam futuris. qualiter vir
nobilis Erlewinus de *Woluenwilare* obtenuit divinæ propitiationis. ac spe
præmii cœlestis rerum suarum Christo auspice apostolorum principem he-
redem elegit. legitima donatione instituit. ac præsentis kartæ karaktere
designari fecit. Qui vir ingenuus veniens ad locum qui Holzenbrugga
vocatur. multis simul congregatis tradidit æclesiam de *Woluenwilare*
cum omni sui juris libertate. & duas partes predii sui quod in ipsa uilla
possederat super reliquias sancti Petri sine omni contradictione. cum
mancipiis. uineis. agris. pratis. siluis. terris cultis. & in cultis. aquis.
exitibus. & redditibus. præsente aduocato nostro *Comite Bertolfo* hoc in
suam tuitionem quasi proprium suscipiente. ut ipse uice ipsius Erlewini
in majori placito. in ipsa regione congregato traderet beato Petro. &
servientibus apud cellam Christo Domino. Aduocatiam autem tam su-

L 2

pra ecclesiam quam & preedium eidem Bertolfo comiti destinavit & constituit. ac potenter assignavit. In ipsa autem donatione exceptit unam uineam. & unam Scopozam.. Huic rei præsentes aderant in testimonium ipse *Bertoldus comes*. Teodericus de *Rotenleim*. Teodericus de *Nuenburg*. Uolchardus. Eberhardus. Fridericus de hasela. Erchenbolt de Uorcheim. Waltere de Kencingen. Wern de Kencingen. Wernhere de Ueltheim. Adalbret de Eichstat. Eberhart de Eichstat. Eberhart de Scalstatt. Drudewin de Waldegg. Berger de Gurtwilere. Rodolf de Mundingen. Rodolf de Gurwilere. Hiltebolt & Bernwart de Leffingen. Conrad de Burcheim. Heinricus de Waldegg. Nibelunc de Waltershauen. Amalger & Wernhere de Nuershufen. De hinc non longo tempore euoluto. præfatus comes Bertolfsus fidei suæ sponzionem soluens. sicut rogatus fuerat. coram *Marchione Herimanno*. juxta uillam quæ dicitur *Ofmanningen*. multis coram positis. tradidit prædictam æcclesiam cum predio beato Petro. cum omni jure quo id præfatus miles habuerat. Hi autem præsentes fuerunt. *Herimannus Marchio*. Wezel comes de Heigerloch. *Theodericus de Rotenleim*. Geffo de Ofenberk. Conradus de Suarcenberk. Geroldus de Scercingen. Adalbertus Egino de Eistat. Volchardus de Nuenburg. Vdalricus Hartmannus de Krocingen. Eberhart de Scalstat. Wern. Waltere de Kencingen. Wern de Rinowe. Siegboto de Houenwilere. Meginwart de Rimesingen. & alii quam pluri mi. Hæc autem donatio sicut & anterior libere. & absque omni prorsus contradictione facta fuisse dinoscitur. Prior vero dominus Adalbertus cum fratribus suis. ductu' comitis. & ejusdem largitoris preedium adierunt. & antiquo posseffore eis cedente. & secedentes legitime possederunt. tenuerunt tribus diebus. nullo contradicente. nullo impediente. Sed & ipse

Erlewinus una cum uxore sua Willibirga premium in beneficium pro uno denario quotannis soluendo receperunt. quamdiu hoc tenere uoluissent. eo pacto. ut post obitum ipsorum æclesiae liberum & inconvulsum cum omni jure suo. remota omni controversia permaneret.

Aëtum est hoc anno incarnationis dominicæ M.C.XXXVIII. Indictione secunda. regnante Conrado rege.

Preterea sciendum quod prædictus Erlewinus tertiam partem predii sui in prænominata uilla siti. præfatae uxori suæ tradidit, eique Bertolfum comitem defensorem constituit. ut quicquid ipsa statuere inde vellet. liberam potestatem ac facultatem obtineret. idque firmum. & ratum foret. Ipsa autem Christo inspirante suam tertiam partem pro remedio animæ sue. & omnium parentum suorum. per manum Bertolfi comitis de Nuenburg. præsente filio suo Bertolfo. eidem cenobio libere. & absque ulla contradictione tradidit. Prior autem dominus Adalbertus cum fratribus suis sicut & anterius premium adierunt. ipsaque eis cedente & secedente legitime possederunt. nulloque contradicente. tenuerunt. Idem & ipsa itidem cum anteriori predio pro annuo censu unius denarii in beneficium recepit. eo tenore ut post decepsum ejus liberum. integrum. & indiminutum juri æclesiae cederet. & muta omni calumnia. perpetim permaneret. Hujus rei testes sunt. Volchardus Eberhardus. Teodericus de Nuenburg. *Conradus de Suarcenberc.* & filius ejus Conradus. Egino. Eberhardus. Adalbertus de Eifstat. Eberhardus de Scalstat. Hartleibus de Norsteten. Berwardus de Leffingen. Wernerhus de Nuershufen. Fridericus de Hafela. Volchloo. Heinricus de Niggen.

† Ego Herimannus Marchio ad munitum veritatis horum
quæ vidi. & audivi ac certissime cognovi. præsentem kartam sigilli mei
impressione roborari ac confirmari feci.



X L.

CONRADUS III. IMP. ECCLESIAE LAUSANENSIS
JURA ET POSSESSIONES CONFIRMAT.

A N N O M C X L V.

Ex Ruchati Hist. Pagi Vaud. Mf.

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Conradus divina favente
clementia Romanorum Rex secundus. Iustitie definitio est constan-
tem & perpetuam habere voluntatem unicuique tribuendi quod sibi de
Jure competit: Quam virtutem cum omne hominum genus partim a na-
tura partim institutis legalibus edocetum, colere semper & exercere de-
beat precipue tamen regie dignitati congruit talem animi habitum im-
mutabiliter induere; eis autem personis nostra dignitas in omni pietatis
& equitatis defensione propensiorem debet adhibere benevolentiam, que
divinis sincerius mancipate sunt obsequijs, & nobis in administratione
regni sollicite agentibus & orationis munde beneficio & veracis consilii
subsidio & indefessi laboris studio assistunt. Ea propter omnium tam fu-
turorum, tam presentium noverit industria, qualiter nos ob regni nostri

firmam stabilitatem & anime nostre nostrorumque parentum perpetuam
salutem , nec non interventu & petitione Amedei venerabilis Laufanen-
sium Episcopi, eandem Laufensem Ecclesiam sub nostre defensionis
patrocinio suscipimus & omnes possessiones eidem Ecclesie pertinentes &
nominatim , Muratum, Lustriacum, Corbarissam, Corsie, Cubizacha ,
Leuconares & quidquid *Dux Rodolfus (a)* ob multas in regnum tempore
Predecessoris nostri Heinrici *Imperatoris nefandas Presumptiones , omni*
divina & humana lege tam vite quam rerum proscriptus & damnatus (b) &
quicquid ipse sive infra fluvium Sarina & montem Jovis & Pontem
Gebennensem & infra montana Jurium & alpium habuerunt , cum om-
nibus appenditiis, sicut in privilegio prefati Heinrici continetur. Pre-
dicto venerabili Episcopo & Ecclesie Laufensi regia autoritate confir-
manus. Preterea omnes donationes a Lamberto , qui eidem Ecclesie
ut cunque preeesse videbatur de rebus Ecclesie factas viribus carere decer-
nimus, Edicto Regali precipentes, ne aliqua persona magna five parva
de rebus Ecclesie Laufensis occasione donationis Lamberti quicquam
retinere audeat , sed prefatus Episcopus sive successores omnes res 1-
las sine alicujus contradictionis molestia deinceps libere ac pacifice obti-
neant , & ut hec nostra confirmatio rata & stabilis permaneat, hanc inde
chartam scribi & sigilli nostri impressione insigniri jussimus , & testes qui
presentes aderant subitus notari fecimus , quorum nomina hec sunt.

(a) Intelligitur Rudolfus Rheinfeldensis Dux Sueviæ & Burgundiæ, Hein-
rici IV. Imp. æmulus.

(b) Conradi III. Imp. indignatio contra Rudolfum Anticæf. ante 65. annos
mortui, hic exprimitur.

Heinricus Moguntinus Archiepiscopus, Albero Trevirensis, Arnoldus Colonensis, Burkardus Argentinensis, Bucco Wormatenensis, Sifridus Spirensis, Wibaldus Stabuli Abbas, Heinricus Hersveldii Abbas, Folkardus Laurizamensis Abbas, Ruothardus Evarbatensis Abbas, Emico Chonaugensis Abbas, Fridericus Dux Suevorum & filius ejus Fridericus, Dethelmus Comes de Luxemburg, Emicho Comes de Lyningen, Voppo Comes de Hennenberg.

Signum Domini Conradi Romanorum Regis secundi.

Ego Arnoldus Cancellarius vice Heinrici Moguntini Archiepiscopi & Archicancellarii recognovi. Anno Dominicæ Incarnationis MCXLV. Indictione VIII. Regnante Conrado Romanorum Rege secundo. Anno vero regni ejus VIII. Data est Wormatia in Christo feliciter Amen.



X L I.

CONRADI III. IMP. DIPLOMA PRO ECCLESIA INTERLACENSI, CONFIRMANS JURA EJUS ET POSSESSIONES.

A N N O M C X L V I.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis; Conradus divina favente Clementia Romanorum Rex secundus.

Regali convenit excellentiæ illorum petitioni maxime condescendere, qui pauperem vitam eligentes, religionis cultui operam dantes,
idcirco

idcirco bona temporalia contemnentes, ut fibi mereantur celestia; quorum pie intentioni cooperatores esse volentes, tam præsentibus, quam futuris notificamus; qualiter nos devote petitioni viri religiosi Lütholdi prepositi aquiescentes, nec non etiam consilio curie nostræ & primatibus, Ecclesiam Sanctæ Mariæ Virginis, sitam in Lausannensi episcopatu, in comitatu Burgundiæ, Interlacus Madon vulgaliter nominatam, sub nostræ tuitionis Mundiburdum suscepimus, suscepteque nostra autoritate hanc contulimus libertatem, ut ab omni investitura & exactione immunis, soli Deo quiete & libere serviens, domum orationis se folummodo esse recognoscatur; hujus autem domus fundator Seilgerus de Oberhoven, cum ceteris boni propositi cooperatoribus existens, canoniam ibidem vitam secundum regulam Sancti Augustini instituit, rogans eam dedicari in honorem matris Domini & omnium Sanctorum; volentes itaque firmum ac indivulsum esse bone institutionis propositum, precipiendo jubemus ut nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, nulla denique magna parvave persona, prenominate ecclesiæ fratres vel res, ad usum eorum in presenti contraditas, vel que in posterum eidem ecclesie contradite fuerint, divestire, molestare, inquietare presumat. Sub eadem etiam tuitione regie autoritatis fundum in Grindelwald a Schoneicce, usque ad Alpigulum & ad glaciem inferiorem, & quartam partem fundi in Ifeltwald, prius quidem regno pertinentes, quos nos a Duce Cunrado deliberatos, ipso consentiente prenominate ecclesiæ, legitima donatione contradidimus, indisolubiliter consignamus, confirmantes ut *advocatiam a prefato Duce retentam* nullus suscipiat, nisi quem consensus fratrum tali conditione eligat, ut

Cod. Dipl.

M

penitus ea careat si eis malum aliquod ab eo illatum, infra terminum XL. dierum, secundum voluntatem eorum & *refforum Burgundiorum* non fuerit emendatum. Hoc etiam edicto regali statuentes ne aliquis successorum nostrorum regum seu Imperatorum vel alia quævis persona, hoc nostræ donationis statutum, irritare presumat; super hec, si quis fratribus prefate ecclesie aliquid agrorum, vinearum, sylvarum, Alpium, pratorum, seu aliarum rerum ad honorem regni pertinentium, & absque tributo manentium, donaverit, a nobis in Domino Jesu Christo, eorum religio dono datum habebit. Preterea decernimus, ut confratres ibidem Deo servientes, sicut liberam de constituendo sibi preposito habent electionem, ita etiam advocationem quem voluerint, eo pacto & jure assumant, ne advocatione ad heredes advocati traducatur, & tali electione a preposito investitus; a rege etiam sicut justitia exigit, regali banno investigetur. Et sicut prescriptum est per omnia de priori Advocato, sic erit & de isto. Si quis autem hujus nostræ confirmationis statutum, infringere tentaverit, centum libras auri purissimi componat, quarum dimidiam partem Camere nostre reliquam vero prefato monasterio perfolvat. Et ut hæc verius credantur & omni deinceps tempore inviolata ferventur, impressionem sigilli nostri corroboramus, & testes annotari, sub quorum præsentia hæc acta sunt, fecimus; quorum nomina hæc sunt. Hermannus Constantiensis Episcopus, Otmarus Abbas de Rinaugia, Fridericus Dux Suevorum; Comes Dettholdus de Berga, Comes Egeno de Vehingen, Comes Eberhardus de Kirchberg, Mangoldus de Werda, Waltherus de Lobenhufen.

Signum Domini Cunradi
Romanorum Regis secundi. (Locus monogrammatis)

Ego Arnoldus Cancellarius vice Henrici Moguntini Archiepiscopi, & Archi Cancellarii recognovi.

Data XII. Kal. Augusti, Indictione VIII. Anno Dominice incarnationis M. C. XL. VI. Regnante Chunrado Romanorum rege secundo, anno regni ejus VIII.

Actum Ulme in Christo feliciter, Amen.

Nota. Donationem hanc Conradi III. Fridericus I. Imp. successor ejus, confirmavit Constantiae A. 1183. consentiente Berchtoldo Duce. Inter testes leguntur Fridericus Dux Suevorum, Otto Dux Bavariae, Comes Ludovicus Ferrettarum, Comes Hermannus de Vrobure, Comes Wernherus de Honberc & Fridericus frater ejus, Berchtoldus de Usinberc.



XLII.

NOTITIA DONATIONIS ALLODII AD BASTOLVIS- WILRE MONASTERIO S. PETRI FACTÆ.

A N N O M C X L V I I I .

Ex Rotulo San-Petrino.

Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XLVIII. dedicata est Ecclesia S. Petri à Domino Herimanno Constantiensi Episcopo. cuius parietes jam præ vetustate collapsi sunt. & cuius menia ad instar Constan-

M 2

tianæ aniculæ corruerant. sed per Dominum Gozmannum hujus loci
Abbatem. Deo juvante restaurata velut pulchra juvencula surrexerunt.
cujus Dedicationis officio rite peracto. eandem sponlam Christi ac si al-
teram Jerusalem novam donatione cujusdam allodii ad *Bastoluiswilre.*
communi fratrum suorum assensu nobiliter dotavit. Quod vir quidam
nobilis Cono de Eicha vocatus. viam universæ carnis ingressurus. una
cum servo Hiltmaro ejusque familia. S. Petro pro redemptione animæ
suæ devotus tradiderat. sed temporibus infelicitatis à filio ipsius H. &
aliorum pravorum invasione seu deprædatione a nostra ditione exterum,
& penitus abalienatum fuerat. Cui defectui jmmo inefficientiæ quidam
ex fratribus nostris Sigefridus presbyter dictus. se objiciens pieque suc-
currens. utpote qui claustralibus utilitatibus sive in libris sive in cappis
vel aliis hujusmodi negotiis ut debuerat sepe profuerat. trium marca-
rum largitione à malignorum infestationibus idem allodium prorsus li-
berum effecit. mediante & juvante Adalberto de Scopfheim. definitum
est hoc apud castrum Offinburg. audientibus & videntibus religiosis per-
sonis. Videlicet Domino Volmaro Abbe Hirsaugiense. Gotefrido
Genginbacense. Conrado Scutrense. itemque Conrado Swarzahense. &
non solum his. sed & aliis nobilibus viris. quorom nomina subscripta
sunt. Rodolfo de Ahlesowa. Eberhardo de Sibichinsteina. sed & de *Do-*
mo Ducis interfuerunt isti. Adalbertus de Scopfheim. Adalbertus & fra-
ter ejus Conradus de Stoufinberc. Sarnagal de Appinwilre. Sigihelm de
Tatenwilre. Burchart de Stoufinberc. Adalbertus de Baden. & alii
quamplures.

XLIII.

CHARTA DONATIONIS PRÆDII APUD ZARINGEN
A GEROLDO DE SCHERZINGEN ABBATIÆ S. PETRI
IN NIGRA SILVA FACTÆ.


ANTE ANNUM MCLII.

Ex Rotulo San-Petrino.

Notum esse Christi fidelibus tam futuris quam præsentibus cupimus Concambium, quod bonæ memorie Dominus Eppo Abbas unanimi fratrum suorum consilio & assensu cum Duce Conrado pro utilitate Ecclesiæ sibi commissæ patravit. Pedium igitur, quod apud Zaringen a Geraldo de Scherzingen (*a*) nobis traditum possedimus. *ipſi Duci* donavimus. porro idem princeps cum uxore sua Domina *Clementia* & filiis suis *Conrado* & *Berhtoldo* tale allodium quale apud *Amindon* (*b*) visus est habere. cum omnibus ad id pertinentibus. scilicet Ecclesiam una cum curte. & quicquid inibi tam in terris quam in agris. pratis. pascuis. silvis. aquis. aquarumve decursibus. cultis & incultis dici vel nominari potest. per manum Heinrici nobilis viri de Rinuelden reciproca vicissitudine delegavit. Huic ratæ commutationi preter multitudinem Clien-

(*a*) Hic Geroldus anno 1115. fundavit Monasterium Monialium in Seleden. In antiquo autem Calendario Seldensi, & apud **MABILL.** *Annal. Bened.* Tom. V. fol. 694. vocatur Geraldus. (*b*) Emmendingen.

tum fuorum qui illic aderant plurimi. nobiles viri intererant isti. quorum nomina in rei gestæ testimonium ascripta sunt. Heinricus de Rinuelt. Vdalricus & frater ejus de Gammertingen. Eberhardus de Twiela. Vdalricus de Belpa. & filius ejus Conradus. Adalgoz de Werrâh.



X L I V.

NOTITIA DONATIONIS IN SLATHA MONASTERIO
S. PETRI IN NIGRA SILVA FACTÆ.

A N T E A N N U M M C L I I.

Ex Rotulo San-Petrino.

Quidam homo de *Slatha*. Adelbertus dictus. IIII. mansos apud eundem locum fitos. Beato Petro hujus loci dedit patrono. Verum quia aliqua pars ejusdem predii censualis erat. & quinque nummos ad Ecclesiam *Steine* per singulos annos persolvebat. ideo unum agrum solidum persolventem. ad eundem locum dedit. Sicque reliquam partem prædii deinceps ab ejusdem loci subjectione redemit. Hæc autem omnia in presentia *Ducis C.* utrarumque Ecclesiarum Advocati patravit. quique hoc inviolata . . . postmodum fore suo jure firmavit. Huic autem rei interfuerunt *Heinricus de Badin*. Harimannus de Chrocingen magister censuum ad *Steine* pertinentium. cum aliis pluribus.



XLV.

NOTITIA DONATIONIS ALLODII APUD HUSEN
MONASTERIO S. PETRI FACTÆ.

CIRCA ANNUM MCLII.

Ex Rotulo S. Petrino.

Vdalricus de Aleinach tale allodium quale visus est habere apud Husen. S. Petro tradidit coram Domino suo *Duce Conrado*. astantibus & collaudantibus filiis Cononis fratris ipsius. Conrado scilicet atque Vdalrico interrogatu ejusdem Ducis. Hujus rei testes sunt Conradus de Swarcinberc. Bertholdus de Tannegga. Cono de Kunringen. Dietricus de Rotenleim. Livtoldus de Tegeruelt. Conradus de Krenchingen. Trutwinus de Waldegg. Adalbertus de Swerza. Eberhardus de Eifstat. Rodolfus de Bocheim. Itemque ex *hominibus Ducis* Egilofus de Blanckenberg. Wernherus de Roggenbach. Gotefridus de Stoufen. *Heinricus de Baden*. Hiltibrant de Tonfola. Hugo de Amparingen. Reginboto & frater ejus Conradus de Ofmaningen. Gotefridus de Márhtela. Reginhardus de Brivlingen. Rodolfus de Altinchoven. Reginhardus de Veristat. *Conradus de Zaringen*. & alii quam plures.

Quoniam autem rei gestæ renovatio five repetitio. confirmatio dicitur. defuncto Duce C. in cuius presentia prefatus Vdalricus hoc donarium S. Petro devotus obtulit. nepote quoque suo Vdalrico in

expeditione Jerosolimitana viam universæ carnis ingresso. ipse miles. U. cum fratre defuncti. Conr: locum istum adiit. & communiter parique voto ipsum allodium delegaverunt. presente & consentiente Domina sua *Clementia Ducissa*: astante quoque Conrado de Swarcinberc. & *de domo Ducis* quidam, qui huic facto interfuerat. Scilicet Conradus de Rinyelt. Gotefridus de Rôtwila. Gerunc de Tuttinshusen. Bernhere de Hericheswilare. Heinricus de Scopfheim. Reginboto de Slatta. Waltherus de Tahswane. Reginhardus de Valchensteina. Reginboto de Ofmaningen. Cono de Opfingen. *Conradus de Zaringen.*

X L V I.

NOTITIA TRADITIONIS PRÆDII APUD BIKKEN-
SOLA MONASTERIO S. PETRI FACTÆ.

C I R C A A N N U M M C L I I

Ex Rotulo San-Petrino.

Quidam miles de familia Ducis nomine Cono de Opfingen dictus. tale predium quale apud *Bikken sola* visus est habere. beato Petro hujus loci dedit patrono. Hac tamen interposita ratione. Si ei ex legitima conjugi filius non nasceretur. Hanc autem traditionem per annualem Denarij unius censum in festo St. Martini dandum roboravit.
nam

nam idem preedium sibi quoadusque vitales carperet auras, concedi per eundem censum rogavit. presente & annuente Domina sua *Clementia* Ducissa. Conrado quoque de *Swarcinberg*. Ecclesiæ Waltchilichæ advocato. astantibus etiam & hoc attestantibus pluribus *de domo Ducis*. ex quorum numero pauca nomina subscripta sunt. Conradus de Rinfelden. Odalricus & fratruelis ejus Conradus de Aleina. Gotesfridus de Rotwila. Heinricus de Scopfheim. Gerunc de Tittinhusen. Reginboto de Ofmaningen. Reginhardus de Valchensteina. Reginboto de Slatta. *Conradus de Zaringen.*

XLVII.

EXCERPTA EX BERTOLDI IV. DUCIS ZARING.
CONFIRMATIONE FUNDATIONIS MONASTERII
S. PETRI IN NIGRA SILVA.

A N N O M C L I I.

Ex Schannati Vindem. liter. Collect. I. p. 162.

Notum vobis facimus, qualiter *Dux Bertholdus* hujus nominis *quartus*; *Ducis Conradi filius*, in festo Sanctorum Marcellini & Petri, ad hoc Monasterium a Parentibus suis in honore beati Petri Apostoli institutum venit devotus, eique omne Jus, quod a Progenitoribus

Cod. Dipl.

N

suis possederat, in manum Domini Gotzmanni hujus loci Abbatis, dextera sua contulit & firmavit munificus: primum autem hujus donationis fuit exordium, nunquam aliquem inter se huic Cellæ præponere Advocatum, illudque constituit deinceps manere inviolatum. Addidit etiam idem Dux Cœnobitis istius Monasterii Munus, scilicet ut quicunque ex Clientibas suis, vel etiam familia sanus five infirmus nec non in novissima hora constitutus ad hoc Monasterium conversionis gratia vellet venire, aut de allodiis suis, five alijs quibuscunque rebus, Christo iniibi fervientibus quicquam conferre, absque omni contradictione ficeret, nec suam ulterius super hac re licentiam quæreret. Hæc non solum pater ipsius & patruus egerant, verum etiam avus ejus cum consilio & auxilio fratris sui Domini Gebhardi Constant: Episcopi devotissime fecerat. Præterea *Domina Clementia mater ejusdem Ducis* primitus, monitu Domini Herimanni prædictæ Constant: Ecclesiæ Præfulis in sepultura mariti sui Ducis Cunradi cum consensu filiorum suorum videlicet Rodolfi, Adilberti, Hugonis hæc eadem nobis concesserat, atque in perpetuum illibata fore firmaverat. Facta sunt autem hæc tempore Domini Papæ Eugenii sub Rege Friderico. Anno ab Incarn. Domini MCLII. IV. Non. Iunij Indict. XV. in choro S. Petri &c.

dedimus. allodiumque ipsius apud *Houſin* vicissim suscepimus. Hujus vero rei pactio in *villa Vilingen* dicta, taliter est facta, ut quicunque eam interrumperet, XX. talenta *Duci Bertholdo* tribueret. In hac pactione aderant testes idonei. in hac pagina subscripti. Conradus de Rondifthal. Bertholdus. Sigeboto. Wernherus. Eberhardus de Vilingen. Sigefridus de eadem Villa. & frater ejus Rodolfus de Afcheim. Post hoc autem eandem pactiōnē Burchardus de Berno cum conjugē sua Ludinta. matre videlicet supradicti militis firmavit. atque quicquid sui juris in eodem allodio videbatur esse. apud Pregin super Reliquias Sanctorum illorum allatas dedit. his ita gestis. tandem eadem causa apud *Friburc* in presentia *Ducis Bertholdi*, hujus Monasterij advocati terminatur. & per ejus manū. allodium jam fati militis nobis delegatur. nostrumque preedium illi in possessionem donatur. Hujus rei nobiles viri affuerunt, qui hanc vidērunt, & audierunt. *Adelbertus frater Ducis Bertholdi*. Bertholdus de Löwinstein. Wernherus de Horinberc. Diethericus de Rotinleim. Item isti de Clientibus *Ducis* affuerunt. Wernherus de Roggenbach. Conradus de Stouphin. Burchardus de Tonful. Conradus de Rinuelden. & frater ejus Gerhardus cum alijs perpluribus. hæc videntibus & audientibus. Quidam vero miles Burchardus vocatus. ejusdem predij Dimidium mansum in eadem villa situm. & dimidium mansum apud Velchilicha positum. a supradicto milite Burch. de Berno in beneficium susceperebat. quoadusque viveret. Huic quoque IIII. marcas. excepto uno quadrante dedimus. & prædictos manus ab eo in pignus suscepimus.

Deinde supradictus miles Burchardus alteram dimidiam partem mansi, qui apud Velchilicha situs est nobis cum Domino suo Bertholdo de Rietheim dedit. & tres marcas absque uno quadrante a nobis accepit. Huic rei interfuerunt. Landoldus de Harthusin. Adelbertus & Nartwic de Husin. & alter Adelbertus de nostra Familia.

L.

FRIDERICUS I. IMP. CONFIRMAT DONATIONEM
CURTIS BESIGHEIM MARCHIONI BADENSI HERMANNO III
FACTAM A VIDELBERTA ABBATISSA
IN ERSTEIN.

A N N O M C L I I I.

Ex Autographo Tabularii Bada-Badenfis.

In nomine Sancte & individue Trinitatis, Fridericus divina favente clementia Romanorum Rex Augustus.

Regia dignitas reipublice secundum veterum censuram. bene & congruè consulit, si, quod multorum fidelium affectio desiderat, perpetuo memoriali stabilire curabit. Quocirca omnium tam futurorum quam presentium solers noverit industria, qualiter tota ecclesia in Erstein Videlbertha Abbatissa cum ceteris fororibus suis nec non Clericis ac Laicis atque totâ familiâ curtim *Basincheim* jam dicte ecclesie à pie me-